Digitized by Google

Digitized by Google

INSTITUTIONES
AD
ANALYTICAM
SACRAM
TEXTUS HEBRAICI V. T.
EX ACCENTIBUS.

QUORUM CONSECUTIO ET USUS

NOVIS ET IDONEIS RATIONIBUS

DEMONSTRATUR.

AUCTORE

ADAMO BENEDICTO

SPITZNERO, A. M.

ET PASTORE COETUS CHRISTO SACRI IN

LANGENREINSDORF.

K 253

HALAE,

TYPIS ORPHANOTROPHEI.

M DCC LXXXVI.

PRAEFATIO.

Credo ego, multos mirari, quid ſit, quod, cum tot ſummi viri accentuum in Codice ſacro Hebraico originem eſſe humanam, et vix ullam eorum in interpretando rationem habendam arbitrentur, ego potiſſimum eorum leges et uſum docere et commendare ſuſceperim, qui neque ingenio neque auctoritate ſim cum iis comparandus. At enim vero tantum abſum ab iſta eorum ſententia, ut non modo non intelligam, quomodo divinum accentuum artificium a Judaeis ineptientibus poſt

linguae caſum proficiſci potuerit, ſed etiam non videam cauſas idoneas, cur libri ſacri V. T. qui ab omni memoria accentibus inſtructi fuerunt, hoc jure poſſeſſionis ſint deturbandi. Non jam de accentuum origine et auctoritate disputationem ingrediar, qua de re alius mihi locus ad dicendum eſt conſtitutus. Attamen hoc adſerere non dubito, accentus immerito indicta cauſa, vel ea non cognita condemnari, (quid autem hoc iniquius aut indignius dici vel commemorari poteſt?) aequum potius eſſe, ut in hoc venerandae antiquitatis monumentum ſtudioſe inquiratur.

Quamvis enim haec doctrina a tenuibus initiis per ſecula ultima progreſſa ſit, et incrementa ceperit non contemnenda, nondum tamen eam omnibus ſuis numeris, quod omnes largiuntur, perfectam et abſolutam poſſidemus. Auctores primi, *Elias Levita*, *Mun-*

Munſterus, *Calonymus*, *Reuchlinus* de accentibus jejune et exiliter ſcripſerunt. Deinde alii, ut *Val. Schindlerus*, *Bohlius*, *Ledebuhrius*, accentuum poſitum et conſecutionem diligentia majori inveſtigarunt, uſum tamen in diſtinguenda oratione paucis attigerunt. Poſtea *Matthias Wasmuthus* non modo accentuum ſyſtema in ordinem redegit, ſed etiam in alteram partem conſiderationem intendit, ut regulas inveniret, quibus orationis nexus ex accentibus judicari poſſit, cujus methodum in tradenda hac diſciplina *Weimarus*, *Reimbeckius* et plures alii ſunt imitati. Sed cum Wasmuthi regulas non ſufficere ad limites diſtinctionum definiendas earumque proportionem metiendam videret *Jo. Frankius*, meliorem ille viam ingreſſus eſt, quam *Clamerus Florinus* in doctrina de accentuatione divina a. 1667. edita, et *Georg. Sam. Doerfelius* in Tirocinio accentuationis, quod a.

 1670.

1670. prodiit, oſtendiſſe videntur, qui accentuum ſyſtema et poteſtatem per continua membrorum dimidia deſcripſerunt. Ita Frankius Diacriticam ſacram a. 1710. edidit, ubi accentuum uſum in diſtinguendo textu Hebraico ex principio Dichotomiae continuae luculenter demonſtravit, et ſuam interpretandi methodum pluribus libris expoſuit. Hujus viri veſtigiis ego inſiſtens per multos annos eo laborem ſtudiumque meum contuli, ut tum conſecutionem accentuum, tum orationis ejusque partium factam per eos diſtinctionem ad certam analogiam revocarem. Etenim operae pretium me facturum eſſe exiſtimavi, quod mihi perſuaſiſſimum eſſet, accentuum doctrina et analogia accuratius cognita et demonſtrata praecipuas rationes a *Lud. Cappello* et aliis objectas, ut quae ab imperfectione hujus artis petitae, aut potius ex illius ignoratione profectae ſunt, in fumum abituras.

turas. Speciminis loco edideram Ideam Analyticae S. textus Hebraici V. T. ex accentibus, Lipſiae 1769. et Disquiſitionem criticam ſuper locis illuſtribus Codicis ſacri Hebr. ad illius illuſtrationem, ibidem 1770. Jam vero ipſas Inſtitutiones Analyticae S. in lucem emitto, in quibus quid praeſtitum ſit, paucis indicandum mihi eſſe videtur.

Nam primo fundamenta hujus diſciplinae et principia poſita ſunt et conſtituta, ideoque in Cap. I. de nexu et reſpectu partium orationis aliquam theoriam ob oculos poſui, quae non haberi debet trivialis et proletaria, cum potius in ea omnis hujus diſciplinae cardo verſetur. Jam mihi non occurrit alius auctor, qui eadem methodo partes orationis diſtribuere, et conceptuum, propoſitionum et periodorum diverſam indolem accurate diſtinguere docuerit. Solus quidem *Jo. Sturmius* in libello de linguae Latinae reſolvendae ratione,

Jenae 1704. iterum edito, aliquam orationis analyſin monſtravit, exemplo petito ex principio orationis Ciceronis pro domo ſua, diſtincte tradens analyſin tum λεξικὴν ſ. dictionum, phraſium et periodorum, tum τεχνικὴν ſ. exemplorum ex artibus et diſciplinis. Prior eſt hujus loci, ubi conſiderationem dictionum et phraſium ſuo concipiendi modo, et periodorum diſtinctionem ad praecepta Grammaticorum veterum inſtituit, nihil autem offert, quod ad inſtitutum meum pertineat. Ego vero omnem diſtinctionis et conſecutionis accentuum, quam in Codice S. Hebraico conſpicimus, rationem ex duobus principiis ſ. hypotheſibus deduxi, videlicet Dichotomiae continuae et pronunciationis. Dichotomiae leges in Cap. III. ſeptem Theorematibus comprehendi, quae facile demonſtrari et applicari poſſunt. Sed praeter hanc Dichotomiae continuae hypotheſin altera, videlicet pronun-

ciatio-

ciationis et euphoniae, adſumenda eſt, quae in Cap. IV. explicatur, quaeque illi ſubſidio venit ad diſtinctionem arbitrariam in hoc aut illo loco determinandam, et nonnunquam illius leges certis limitibus circumſcribere obſervatur. De accentibus autem ipſis inſtitutio duplex, vel ſynthetica, vel analytica ſuſcipi poteſt. Synthetica accentuum poſitum et per ditiones conjunctionem ad ſenſum et affectum orationis ex comparatione locorum Hebraicorum demonſtrat. Igitur ſyſtema accentuum tonicorum, tum proſaicorum tum metricorum (nam de accentibus euphonicis in Cap. V. ſeorſim agitur,) perpetua ſerie per ditiones cujusque ordinis ſibi reſpondentium ad methodum Dichotomiae continuae in Cap. VI. VII. et VIII. ita deſcripſi, ut eorum conſecutio facili negotio intelligi et memoria comprehendi poſſit. Cumque accentibus quibusdam, maxime minoribus, aliam poteſtatem tribuerim,

)(5 ac

ac quidem Waſmuthus aliique vulgo tribuerunt, nemo mihi in his errorem temere impingat, ſed quisque dubitans rationes a me productas et exemplorum, quibus dicta comprobavi, analogiam prius absque praejudicio expendat. Omni autem mente in ea cogitatione curaque verſatus ſum, ut doctrinam de accentuum metricorum conſecutione, quae perplexa nimis et quaſi ſentibus obſita et obſcurata in libris aliorum apparet, expeditam redderem, et in luce collocarem. Ex hac accentuum recenſione diſtincte et plene propoſita deinde inſtitutionis ſyntheticae in Cap. IX. Synopſin exhibui. Quod eo conſilio factum eſt, ut diſcentes, quidquid de hoc vel illo accentu in locis ſingularibus accuratius cognoſcere cupiunt, facile poſſint invenire, inprimis ut artificium et analogia accentuum illis, qui eorum modum et rationem penitius introſpicere, vel ad ulteriora contendere deſiderant, ad oculum pateat.

Inſtitutio autem analytica ex accentibus certo ordine conjunctis et diſpoſitis de ſenſu et affectu orationis judicare docet, illiusque primae lineae in Cap. X. de ditionum reſolutione et reſpectu deſcriptae ſunt. Atque hanc inſtitutionem analyticam, veluti ſcopum curarum mearum in hoc negotio omnium, in Capitibus reliquis perſecutus ſum, ubi diſtinctionem conceptuum, propoſitionum et periodorum, ejusque analogiam perpetuam, uberius declaravi, et, ni fallor, hoc obtinui, ut ſenſus et affectus orationis ex accentibus in locis Hebraicis ſatis certo cognoſci poſſit. Atque hic erit manifeſtum intelligentibus, quantum adferat momenti et emolumenti ad intellectum orationis ſacrae, ſi a verbis ſimplicibus ad conjuncta ad ductum accentuum meditatio procedat, ut primo vocabula ſingula, quaeque in unum conceptum compacta ſunt, et qua ratione cohaereant, deinde conceptuum in propoſi-

poſitione, tum propoſitionum et membrorum periodi, denique ipſarum periodorum nexus et reſpectus attentione adhibita conſideretur. Quamvis enim verſiones non ita ſint adornandae, ut verba ſingula ſingulis Hebraicis ubivis reſpondeant, tamen, ut ſententia dictorum recte intelligatur, ſingulorum verborum poteſtas et ſignificatio, eorumque in conceptus et propoſitiones diſtributio prius cognoſcenda et mente concipienda eſt, quae ſententia deinde, remotis Hebraiſmis, ad genium linguarum noſtrarum dilucide exponi poteſt. Supereſt, ut etiam eorum vocibus reſpondeam, qui dicunt, hanc methodum nimis artificioſam a ſimplicitate temporum antiquiſſimorum et ab ingenio veterum Hebraeorum abhorrere, nec eſſe credibile, ſecundum has Dichotomiae leges accentus eſſe adſcriptos. Quae quamvis vere dicantur, cauſae tamen meae nihil officiunt. Nam quod in re Grammati-

matica linguarum veterum fieri obſervatur, ut, quae uſus docuit eos, qui linguam vivam haberent, videlicet vocum formas, flexiones et conſtructiones, poſtea docendi cauſa certis regulis proponerentur: hoc ipſum fuit mihi propoſitum, ut diſtinctionem orationis per accentus, quae primum ab auctoribus non temere et ſuo arbitrio, ſed ad ſenſum et affectum orationis juxta pronunciationis modum, qui tum viguit, facta eſt, ad ſuas leges κατὰ τρόπον παιδείας revocarem, quae rei naturae congruunt, et exemplorum analogia confirmantur. Itaque has Analyticae S. inſtitutiones philologorum examini permitto, ab eisque peto et contendo, ut meas rationes accurate cognoſcant, et penitus intelligant, (quod, quia viam novam et apud patres non pervulgatam ingreſſus ſum, non ſine adhibito ſtudio fieri poteſt,) priusquam judicare et ſententiam dicere in ſe ſuſcipiant. Sicut enim multi

multi praejudiciis faſcinati hoc opus faſtidioſe contemnent: ita non defuturos eſſe ſpero atque confido, qui hoc meum inſtitutum probent, et obſervatione atque imitatione dignum arbitrentur. Atque hi animum mihi addent, ut in hoc tramite pergam, et accentuum auctoritatem tuear, eorumque uſum in interpretatione Codicis S. Hebraici, ſi vita viresque ſuppetant, libris pluribus demonſtrem. Deus autem T. O. M. cui uni conatuum meorum ſucceſſum per tot annos acceptum fero, haec omnia in poſterum dirigat in gloriam ſui nominis et ſtudii hermenevticae ſacrae emolumentum.

INDEX

INDEX CAPITUM.

Caput I. *De nexu et reſpectu partium orationis*, §. 1 - 38.

Caput II. *De accentuum nominibus, figuris, generibus et poteſtate*, 39 - 62.

Caput III. *De Dichotomia*, 63 - 78.

Caput IV. *De pronunciatione*, 79 - 100.

Caput V. *De accentibus euphonicis*, 101 - 118.

Caput VI. *De ditionum natura et conſtitutione*, 119 - 132.

Caput VII. *Syſtema accentuum proſaicorum*, 133 - 255.

Caput VIII. *Syſtema accentuum metricorum*, 256 - 351.

Caput IX. *De ditionum diſtinctione*, 352 - 366.

Caput X. *De ditionum reſolutione et reſpectu*, 367 - 378.

Caput XI. *Conceptuum propoſitionis diſtinctio*, 379 - 399.

Caput XII. *Conceptuum compoſitorum diſtinctio*, 400 - 418.

Caput XIII. *De conceptuum diverſorum conjunctione*, §. 419 - 432.

Caput XIV. *De propoſitionum et periodorum limitibus*, 433 - 456.

Caput XV. *De propoſitionum diſtinctione*, 457 - 479.

Caput XVI. *De propoſitionibus compoſitis*, 480 - 491.

Caput XVII. *De propoſitionibus coaleſcentibus*, 492 - 507.

Caput XVIII. *De propoſitionibus relativis*, 508 - 518.

Caput XIX. *De propoſitionibus prooemialibus*, 519 - 535.

CAPUT

CAPUT I.

DE NEXU ET RESPECTU PARTIUM ORATIONIS.

Analyticae ſacrae deſcriptio, §. 1.

Partes orationis, 2.

Quae ſunt vel homogeneae vel heterogeneae, 3.

Orationis in partes diviſio, 4.

Nexus partium orationis, 5.

Conſtructio Grammatica, 6.

Conſtructio mediata vel immediata, item nexus et diſtinctio major vel minor, 7.

Dictamen Grammaticum, 8.

Reſpectus partium orationis, 9.

Partes illae vel determinanda vel determinantes, 10.

Determinatio Rhetorica, 11.

Conceptus ſimplices vel compoſiti, 12.

Conceptus compoſiti ex duobus vocabulis, 13. aut ex pluribus, ubi duo pluresve termini ſunt, 14. 15.

Propoſitio Logica vel Rhetorica, 16.

Propoſitionis conceptus, 17.

Propoſitionis conſtitutio, 18.

Propoſitio Verbo finito carere non poteſt, 19.

Conceptus qui ad eſſentiam propoſ. pertinent, 20.

Propoſitio ſimplex vel compoſita, 21.

Nexus et reſpectus propoſitionum, 22.

Propoſitiones conſtructae vel abſolutae, 23.

Particulae propoſitionum characteres, 24 — 27.

Alia propoſitionum genera, 28.

Quid ſit periodus, 29.

Sententia perfecta et abſoluta, 30.

Illius diverſi gradus, 31.

Digitized by Google

Periodi limites, 32.
Periodorum nexus et reſpectus, 33.
Nexus et reſpectus propoſitionum in periodo, 34.
Periodi membra, 35.
Protaſis et Apodoſis, 36.
Periodorum genera, 37.
Periodus ſimplex vel compoſita, 38.

§. 1.

Analyticam ſacram textus Hebr. V. T. dico eam diſciplinam, quae docet textum Hebraicum in partes diſtribuere, et de earum nexu et reſpectu judicare.

Orationem quidem reſolvendi et particulatim conſiderandi modus triplex occurrit. Primo eſt Analyſis Grammatica, quae verborum ſingulorum etymon, formam et flexionem docet. Deinde eſt Analyſis Logica, quae orationem ejusque partes ideis aut propoſitionibus generalibus et abſtractis comprehendit, et earum nexum et analogiam conſiderat, ut ſententia et veritas orationis pateſcat. Denique eſt media inter illas Analyſis, quam dicere poſſis Rhetoricam, qua ipſa oratio in partes diſtribuitur, earumque nexus et reſpectus declarantur. Atque haec tria Analyſeos genera apte et ſollicite conjungenda ſunt, quia non poteſt Analyſis Logica ſine Rhetorica, neque haec ſine Grammatica rite pertractari.

§. 2.

Ea enim eſt orationis cujusque indoles, ut ſuis ex partibus conſtet, quarum nexus datur et mutuus reſpectus. Partes intelligo non phyſicas

phyſicas et materiales, quae in oculos incurrunt, cujusmodi ſunt vocabula ſingula, ex quibus oratio juncta eſt, aut vocabulorum complexio, ſed Logicas, quae in intellectu concipiuntur, et ſententia orationis determinantur, quaeque ſunt diverſi generis et ſibi mutuo ſubjectae, ita ut una in altera contineatur. Nam oratio in periodos, periodus in propoſitiones, propoſitio in conceptus, (quo verbo mihi uti liceat,) diſtinguitur; qui cum vocabulis duobus pluribusve conſtant, in conceptus denique ſimplices diſpeſcuntur.

§. 3.

Partes orationis, de quibus hic agitur, ſunt vel *homogeneae*, quae ad idem genus ſpectant, ut complures periodi, propoſitiones aut conceptus: vel *heterogeneae*, quae ad genus diverſum pertinent, ut periodus et propoſitio, periodus et conceptus, propoſitio et conceptus.

§. 4.

Supponitur hic, ut modo dixi, orationis in partes diviſio; quae ſic inſtituenda eſt, ut partes homogeneae appareant, et ſaltus in diſtinguendo evitetur. Non enim licet ita in partes ſecare periodum, ut earum aliae ſint propoſitiones, aliae ſint conceptus. Neque etiam expedit, periodum, ſi plures una ſunt in ea propoſitiones, ſtatim in conceptus diſtingui, vel propoſitionem in ſingula vocabula, ſi conceptus pluribus vocabulis conſtant. Fieri

tamen poteſt, ut periodus protinus in conceptus recte dividatur, ſi unicam habeat propoſitionem, vel propoſitio in ſingula vocabula, ſi conceptus illius omnes ſunt ſimplices. Et cum diſtinctio periodi continuanda ſit, donec ad partes minimas perveneris: nonnunquam tamen diſtinctio ejus in propoſitiones eſt ultima, ſi omnes unico vocabulo conſtant, vel etiam diſtinctio propoſitionis in conceptus eſt ultima, cum ſinguli unico vocabulo exprimuntur. Atque hic partium genera quaſi coaleſcunt, ut periodus ſimul ſit propoſitio, et haec ſit ſimul conceptus, aut uno vocabulo contineatur.

§. 5.

Nexum partium orationis eſſe dico, quatenus ad Totum aliquod efficiendum concurrunt. Ita nexus datur propoſitionum in periodo, conceptuum in propoſitione, et conceptuum ſimplicium in compoſito.

§. 6.

Criterium nexus partium orationis certiſſimum eſt *Conſtructio Grammatica*, quae vel ſingularibus orationis particulis, velut inſtrumentis, vel diverſis Nominum et Verborum formis perficitur et indicatur. Haec autem ſaepenumero ſua natura patet, ut particula aut ſingulari vocabulorum forma non opus ſit, ut Nominativi vel Accuſativi cum Verbo Finito, Adverbii vel Praepoſitionis cum vocabulo, ad quod pertinet, aut Nominum, quae in ſtatu

Appo-

Appoſitionis juncta ſunt. Contra ea conſtructio Grammatica per ratiocinationem deprehenditur, quando particula, quae indicio eſſe poterat, omiſſa eſt, aut aliud vocabulum deficit, quod ad plenam conſtructionem requiritur. Sed obſervandum etiam eſt, nonnunquam dari nexum partium orationis, cum tamen conſtructio Grammatica non intercedat. Talis eſt nexus periodorum et propoſitionum, quae non particulis orationis, ſed ſenſu cohaerent. Ita conceptus quidam ex Idiotiſmo linguae Hebraicae vel ex alia cauſa ſingulari arcto nexu jungi ſolent, qui ratione Grammatica non conſtructi ſunt.

§. 7.

Quae jam dicta ſunt, de binarum partium nexu intelligi debent. Quando vero de nexu plurium partium agitur, duo quam maxime ſunt obſervanda. *Primo* ſi partes ſint orationis ABCD, conſtructio Grammatica prodit non ſolum nexum partium A et B, item B et C, C et D, ſed etiam ſaepius nexum partium A et C vel D, item B et D, ubi C et D nihilo minus ad totum efficiendum pertinent, quamvis cum A aut B non cohaereant. Prior nexus partium dicitur *immediatus*, poſterior *mediatus*. Sic in verbis: *in principio creavit Deus,* ſunt partes ABC, quarum nexum immediatum conſtructio Grammatica prodit. Accedat pars quarta, *coelum et terram*, quae conſtructione Grammatica non cum C, ſed cum B conjuncta

 eſt,

eſt, adeoque nexus illius et B eſt mediatus. *Secundo* nexus complurium partium orationis, quando comparatio inſtituitur, eſt vel major vel minor, ita ut B cum A magis vel minus quam cum C cohaereat. Quae vero pars minori nexu cohaeret cum parte aliqua, reſpectu nexus majoris hujus et partis tertiae, illa revera diſtingui dicitur. Quare nexui partium orationis affinis eſt earum *diſtinctio*, quae iterum eſt vel major vel minor, ſi de complurium partium nexu agitur.

§. 8.

Atque hic locus eſt pauca dicendi de ſic dicto *Dictamine Grammatico et Logico*, quod magiſtri hujus artis ſeculo ſuperiori invenerunt, idque principium cognoſcendi nexum et diſtinctionem partium orationis eſſe voluerunt. Ex illis inprimis *Matth. Waſmuthus* in Inſtitut. Accent. Hebr. in Regula I. et II. Dictamen Grammaticum ſeu conſtructionis rationem ejusque uſum in hoc negotio diligenter expoſuit. Sed illae Waſmuthi hypotheſes merito ab aliis in dubium vocatae ſunt, maxime a *Jo. Frankio* in Diacritica Sacra §. 83. ſqq. et a J. C. *Wagnero* in Medulla Accentuationis Hebraicae, Jenae 1733. edita. Quorum me opinioni accedere non diſſimulo, Waſmuthi tamen rationes uberius examinare in me non ſuſcipio, ſed breviter ſtrictimque hic, quae neceſſaria videntur, indicabo. Nam Dictamen Grammaticum eſt principium falſum, 1.) quia tot exemplis con-

contrariis refellitur, in quibus, quae conſtructione Grammatica cohaerent, diſtinguuntur, et contra junguntur, quae ratione Grammatica non ſunt conſtructa, cujusmodi Frankius l. c. magno numero Wasmutho oppoſuit. Hinc etiam fruſtra C. *Sankius* in doctrina accentuum p. 40 — 50. et alii vocabula illa, quae conjungenda ſint vel diſtinguenda, per ſua genera deſignant. 2.) Quia methodo inverſa et falſa Wasmuthus utitur, quod in Capite de Dichotomia oſtendo. Porro Dictamen Grammaticum eſt principium non ſufficiens, 1.) quia ex ipſius Wasmuthi opinione ad nexum propoſitionum et periodorum non poteſt applicari, ſed hic Dictamine Logico opus eſt, 2.) quia nexum quidem indicat binorum vocabulorum, ſed non aeque, quis nexus ſit major vel minor in ſerie plurium.

Ut tamen ſuum Dictamini Grammatico pretium ſtatuatur, ſciendum eſt, conſtructionem eſſe quidem nexus κριτήριον, non autem illius cauſam et fundamentum. Non enim dicendum eſt, nexum eſſe duarum partium orationis, quia Grammatica ratione conſtructae ſunt, ſed contra, ita conſtructas eſſe, quia talis earum nexus eſt. Igitur verum fundamentum nexus partium orationis, idque univerſale, eſt earum indoles et ſignificatio, ſecundum quam illarum conſideratio et comparatio eſt inſtituenda. Atque hoc ipſum eſt Dictamen Logicum. Propterea non prorſus rejiciendum aut negligendum eſſe puto Dictamen Gramma-

ticum, qua in re Frankius, Wagnerus et alii modum exceſſerunt, ſed potius ipſe in hoc libro conſtructionem Grammaticam diligenter explicabo, ita tamen ut ubivis ad rationem Logicam revocetur, utque magis certa et rationali methodo, quam adhuc fieri conſuevit, et doceri et addiſci poſſit.

§. 9.

Haec de nexu partium orationis ſufficiant. Progredior nunc ad earum *reſpectum* explicandum. Pars orationis una ad alteram ſpectat ſ. reſpicit, quatenus ei ſubſidio venit ad ſenſum plenum et ſatis determinatum efficiendum, aut alterius ſubſidio ad hanc rem utitur. *Nexus et reſpectus* datur nonniſi partium homogenearum: (§. 3.) ideoque ſi partium ſua natura heterogenearum nexus et reſpectus eſſe intelligitur, illae ex hypotheſi fiunt homogeneae, ut nonnunquam periodus ut propoſitio, et contra, vel propoſitio ut conceptus, et vice verſa, debeat conſiderari.

§. 10.

Partes orationis ita ſunt conſiderandae, ut una alteram magis determinat. Pars determinans in uno aliquo orationis membro fere una eſt, determinantes autem partes una, duae vel etiam plures dantur. Sunt autem accurate cognoſcendae et diſtinguendae pars determinans et determinanda, ne pro determinanda, quae eſt determinans, et contra, habeatur.

§. 11.

§. 11.

Nam cum omnium rerum determinatio detur, qua id, quod pluribus modis eſſe aut fieri poteſt, ad unum et certum aliquem modum adſtringitur, et cum illius uſus in variis diſciplinis obtineat, hoc loco de *Rhetorica determinatione* agitur, quae quidem ad Logicam proxime accedit, quando partes orationis juxta ſe poſitae ita comparatae ſunt, ut unius, quae variis modis intelligi poteſt, ſenſus unus aliquis et certus adjectis aliis partibus definiatur. Partes autem adjectae partem illam unam *vel conjunctae* uno actu, ut pro una determinante habendae ſint, *vel ſeparatim* magis magisque, quantum ſatis eſt, determinare intelliguntur.

§. 12.

Poſtquam de nexu et reſpectu partium orationis generatim dictum eſt, nunc earum recenſionem uberiorem et accuratiorem proponere adgredior. Et primo quidem *Conceptus* eſt idea vocabulis expreſſa, quae pars eſt propoſitionis, et ſiſtit vel ipſum Verbum finitum, vel ſubjectum aut objectum, aut varii generis adjuncta alia, quae vulgo circumſtantiae dicuntur. Conceptus eſt vel ſimplex vel compoſitus. *Conceptus ſimplex* eſt, qui unico vocabulo conſtat.

Intelligo textum Hebraicum, ubi quando vocabulo particula praefixa aut pronomen ſuffixum eſt, illud per plura in verſionibus exponitur, ſicut etiam alia quaedam

verba Hebraica uno vocabulo commode et accurate exprimi non poſſunt.

Conceptuum autem ſimplicium decem genera facio, quae ſunt: Verbum Finitum, Nomen Subſtantivum, Nomen Adjectivum, Pronomen, Infinitivus, Participium, Adverbium, Praepoſitio, Conjunctio et Interjectio.

§. 13.

Conceptus compoſitus dicitur, qui ex duobus pluribusve vocabulis junctus, unam ideam, videlicet unum ſubjectum vel objectum vel adjunctum, reſpectu reliquarum in propoſitione idearum repraeſentat. Vocabula illa duo ſ. duo conceptus ſimplices ſunt vel homogenei, vel heterogenei. *Conceptus homogenei* illi ſunt, qui ad idem genus pertinent, (§. 12.) et vel ſe mutuo determinant, vel conſtructione ſimili cum conceptu alio cohaerent, et conjuncti atque una idea comprehenſi illum determinant, unde duo oriuntur conceptuum compoſitorum genera, *Appoſitio*, et *Vocabula copula* ו vel rarius per גַּם aut אוֹ *conjuncta*. Deinde alii conceptus ex duobus ſimplicibus heterogeneis ſ. diverſi generis, qui ſe mutuo determinant, juncti ſunt, quorum haec genera occurrunt:

1.) Duo Nomina in ſtatu conſtructo juxta ſe poſita,

2.) Subſtantivum cum Adjectivo vel Participio,

3.) Duo

3.) Duo Nomina, quae particula alteri praefixa, vel ſeparata intercedente, conſtructa ſunt,

4.) Nomen cum particula ſeparata, quae illud antecedit,

5.) Nomen, quod ſequitur particula ſeparata,

6.) Infinitivus aut Participium cum ſuo, quem regit, conceptu,

7.) Particulae duae uno conceptu junctae.

Hic obſervandum eſt, pro Subſtantivo ſaepius venire Adjectivum, Pronomen, Participium vel Infinitivum, et ejus conſtructionem imitari. Qui vero Verbum finitum cum Infinitivo ejusdem Verbi, cujus uſus frequens ad Idiotiſmum linguae Hebraicae pertinet, pro conceptu compoſito haberi volunt, oppido falluntur. Nam talis Infinitivus eſt conceptus, quo Verbum ſicut aliis conceptibus diverſis determinatur, quod ſuo loco demonſtrabitur.

§. 14.

Si vero conceptus compoſitus tribus aut pluribus vocabulis conſtat, non quidem ſemper in ſingula vocabula, ſed ſaepius in partes majores reſolvendus eſt, ne ſaltus in diſtinguendo, qui non caret vitio, committatur. (§. 4.) Partes ejusmodi dico conceptus compoſiti *terminos*, qui quando ſunt plurium vocabulorum, tanquam conceptus compoſiti minores denuo poſtea diſtinguuntur.

Ita exiſtunt primo *duo* conceptus compoſiti majoris *termini*, quando conceptuum

binorum

binorum ſimplicium in §. 13. commemoratorum alter vel uterque duobus aut pluribus vocabulis conſtat, quae certo nexu et reſpectu cohaerent, et deinde conjuncta uno conceptu terminum alterum determinare ſupponuntur: ut quando conceptuum copula ו junctorum alter vel uterque vocabulis conſtat, quae ſunt in Appoſitione, vel in ſtatu conſtructo, vel ſunt Subſtantivum cum Adjectivo, vel duo Subſtantiva, quae particula intercedente conſtructa ſunt, vel Subſtantivum cum particula ſeparata, vel Infinitivus aut Participium cum ſuo, quem regit, conceptu.

§. 15.

Deinde ſiunt *tres pluresve* conceptus compoſiti *termini*, quando hi omnes ſunt copula ו connexi, et ſe mutuo non determinant, (§. 13.) vel quando primus aut ultimus reliquis non conjunctis ſed ſeparatim magis magisque determinatur, (§. 11.) idque vel neceſſario, quod genus Appoſitio continuata, duo termini conſtructi, ſequente Adjectivo quod ad priorem pertinet: vel libere et ex conſilio auctoris ſacri, ut quando termini reliqui, qui ſunt in Appoſitione, aut copula ו conſtructi, ad terminum primum ſeparatim ſaepe referuntur.

§. 16.

Ex conceptibus, qui recto nexu et reſpectu cohaerent, *Propoſitio* oritur. Jam plerique in reſolutione textus Hebraici propoſitionem

Logicam

Logicam aſſumunt, quae conſtare dicitur ſubjecto et praedicato cum copula, et in qua de ſubjecto aliquid directe enunciatur. Sed propoſitionis Logicae theoria doctrinae huic nullo modo congruit. Nam qui docent, maximam diſtinctionem incidere ordinaria ratione intra ſubjectum et praedicatum, ut Waſmuthus in Regula III. et alii, qui eius methodo utuntur, innumeris nodis ſe implicant, et locis totidem contrariis refelluntur, quod prolixe oſtendit *Frankius* in Diacritica S. p. 114-139. et in Appendice II. p. 306. ſeq. Deinde propoſitionum in oratione ſtudio elaborata vel in ſermone communi pauciſſimae ad modulum propoſitionis Logicae inſtructae ſunt. Igitur cogitandum eſt de alio propoſitionis genere, quae *Rhetorica* dici poteſt. Haec vero eſt ſeries conceptuum, qui ita cohaerent, ut eorum unus, qui Verbum finitum eſt, aut ejus vicem gerit, reliquis ſeparatim determinetur.

§. 17.

Nam conceptus in propoſitione ita conſiderandi ſunt, ut unus pro determinando, reliqui pro determinantibus habeantur, et ad illum reſpicere exiſtimentur. (§. 10.) Sicut autem Verbum finitum, quod vel actionem vel paſſionem, vel ſtatum aut qualitatem deſignat, ſine dubio eſt conceptus in propoſitione praecipuus: ita etiam pro conceptu determinando jure ac merito habetur. Nam Verbum finitum tum ſubjecto, tum objecto vel perſonali

vel

vel reali, tum circumſtantiis ſ. adiunctis perſonae, loci, temporis, cauſae, qualitatis, inſtrumenti, etc. determinatur. Et quoniam Verbum conceptus omnes determinantes vel antecedit vel ſequitur, vel intra eos poſitum eſt, in propoſitione Rhetorica orbis quidam et circuitus obſervatur, ut conceptus omnes ad ſuum Verbum tanquam ad centrum referantur, et unum ſyſtema conficiant.

§. 18.

Igitur priusquam de conceptuum propoſitionis diſtinctione cogitetur, ipſa propoſitio recte conſtituenda et definienda eſt, quod iam cujusvis judicio Logico relinquitur, poſtea autem limites propoſitionum certis legibus deſcribentur. Solummodo hoc tenendum eſt, tot eſſe propoſitiones in periodo, quot adſunt Verba finita, quorum quodque plerumque ſuo conceptuum ſatellitio gaudet. Deinde conceptus recte conſtituantur, tum ſimplices, tum compoſiti, ut vocabula, quae ad unam rem ſignificandam comparata ſunt, unum conceptum compoſitum efficere cenſeantur.

§. 19.

Et quoniam Verbum finitum ut pars determinanda eſt de eſſentia propoſitionis, non poteſt eo propoſitio eſſe deſtituta. Verbum הָיָה ſaepiſſime, nonnunquam etiam alia Verba omiſſa ſunt, et latent quaſi in aliquo conceptu, qui propterea conceptus determinandi officio fungitur.

fungitur. Ita Verbi omiſſi locum ſupplet vel Nomen Subſtantivum vel Pronomen, qui conceptus fere ſunt in Nominativo, item particula, praeſertim Interjectio. Nonnunquam etiam Infinitivi, inprimis cum particula praefixa, Verbo finito noſtris linguis exponendi, item Participia, quae cum Pronomine Rélativo exponenda ſunt, Verbo finito aequiparantur, et propoſitioni praeſunt. Ideoque etiam ad conceptum unicum, qui neque ad priorem neque ad poſteriorem propoſitionem pertinere intelligitur, adeoque ipſe propoſitionem exhibet, Verbum finitum, plerumque Subſtantivum eſt ſupplendum vel ex ſuperioribus repetendum, ut propoſitio perfecta ſit.

§. 20.

Conceptus autem Verbum determinantes vel de eſſentia ſunt propoſitionis, et abeſſe non poſſunt, ut ſubjectum ſ. Nominativus ad Verbum unumquodque, qui cum non expreſſus eſt literis, in mente ſuppletur, vel in Verbo quaſi latere exiſtimatur: vel non ad eſſentiam propoſitionis pertinent, ſed libere vel adeſſe vel abeſſe poſſunt, veluti adjuncta omnis generis. Ita objectum Verba Neutra reſpuunt, ad Verba autem tranſitiva, Activa et Paſſiva, poteſt quidem nonnunquam omitti, ad ſenſum tamen plenum requiritur, ut ſciatur, quo tendat actio, vel unde paſſio proficiſcatur. Quae obſervatio eſt magni momenti, et in cognoſcenda conceptuum natura et relatione uſum inſignem praeſtabit.

§. 21.

§. 21.

Propoſitio eſt vel ſimplex vel compoſita. *Propoſitio ſimplex* eſt, in qua unum Verbum finitum ad unum conceptum vel ad unam conceptuum ſeriem pertinet. *Propoſitionem compoſitam* dico, in qua duo vel plura Verba finita diverſa, quorum unumquodque vel alterum conceptibus ſuis determinantibus ſtipatum eſt, eodem reſpectu ad unum conceptum aut ad unam conceptuum ſeriem: vel duae aut plures conceptuum ſeries ad unum Verbum finitum eodem reſpectu pertinent. Sic duae propoſitionum compoſitarum formae exiſtunt: *una*, ubi Verba finita conceptus communis vel antecedit vel ſequitur, v. g. Geneſ. IX. 7: vos itaque creſcite et multiplicamini; Geneſ. XXI. 26: neque tu dixiſti mihi, neque ego audivi, niſi hodie; *altera*, ubi duae pluresve conceptuum diverſorum ſeries ad unum Verbum finitum referuntur, v. g. Gen. XXIV, 47: Tum applicui monile naſui ejus, et armillas manibus ejus. Methodus autem Logicorum, qua propoſitio ſimplex et compoſita definitur et tractatur, huic loco non convenit.

§. 22.

Nunc *de nexu et reſpectu propoſitionum* dicendum eſt. Nexus enim propoſitionum eſſe dicitur, quatenus ut partes ad efficiendum aliquod totum, videlicet periodum vel ejus membrum ſunt comparatae. (§. 5.) Nexus ille ſecum ducit propoſitionum reſpectum mutuum, ut

ut una alteram determinet, hoc eſt, ei ſubſidio veniat ad ſenſum certum et ſatis determinatum reddendum, vel alterius ſubſidio ad hoc utatur. (§. 9.) Nexus autem et reſpectus propoſitionum an ſit, et qualis ſit, vel ex earum ſenſu et comparatione mutua intelligitur, vel ex notis externis et characteribus cognoſcitur. Notae illae et characteres ſunt Particulae, quae quidem non ad unum aliquem conceptum, ſed ad propoſitionem integram ſpectant, eamque dirigunt. Tales ſunt Conjunctiones omnes, item Adverbia et Pronomina, quibus modo indirecto interrogatur, et אשר, Pronomen Relativum. Quot autem ſunt claſſes hujusmodi Particularum, totidem genera propoſitionum exiſtunt. Nam ſunt Propoſitiones Copulativae, Adverſativae, Disjunctivae, Comparativae, Cauſales, Conſecutivae, Conceſſivae, Conditionales, Concluſivae, Interrogativae et Relativae.

§. 23.

Illae omnes dici poſſunt *propoſitiones conſtructae*, quoniam conſtructione Grammatica aliis adhaerent. Aliae ſunt *abſolutae,* quae tali Particula carent, et in quibus abſolute et ſine relatione ad propoſitiones vicinas aliquid enunciatur, ſuntque illae vel affirmantes, vel negantes, vel directe interrogantes. Harum et antecedentium nexus et reſpectus non tam arctus eſt, ac propoſitionum conſtructarum, ſicut etiam in principio periodi vel ejus membri fere occurrunt.

§. 24.

Hic autem de Particulis propoſitionum characteribus nonnulla ſunt obſervanda. Nam *primo* quaedam Particulae mox propoſitionem dirigunt, mox ad conceptum in propoſitione ſpectant, quod genus Conjunctiones copulativae, Praepoſitiones nonnullae et Adverbia nonnulla temporis: ubi ex orationis nexu ſtatuendum eſt, utrum in locis ſingulis Particula propoſitionem dirigat, an ad conceptum in propoſitione pertineat, quod quidem plerumque manifeſtum eſt, nonnunquam tamen de Conjunctionibus copulativis in dubio relinquitur, v. g. אַף, Gen. XVIII. 23. Jeſ. XLVIII. 13. Cant. I. 16. גַּם Jeſ. V. 2. XIV. 8. LVII. 6. — Sic copula ו ad conceptum in propoſitione primum ſemper propoſitiones concedit: Si vero conceptus adhuc alius copula ו notatus continuo ſequitur, dubium nonnunquam eſt, ſitne ו ad conceptum priorem per Polyſyndeton; an propoſitiones connectat.

§. 25.

Secundo Particulae, quae propoſitionem dirigunt, in ejus principio collocatae reperiuntur. Ideoque conceptus, qui nonnunquam antecedit, vel ipſe, propoſitionem ſiſtit, ut והמצפה, Gen. XXXI. 49. בחלמי, Gen. XL. 9. vel eſt pars prior propoſitionis ante Parentheſin, veluti ודניאל, Dan. VI. 11. אדין מלכא, ibid. v. 15. Notanda ſunt tamen loca pauca ſingu-

ſingularia, in quibus conceptus ad propoſitionem pertinens ante ejus characterem extat, v. g. ante אֲשֶׁר, Devt. I. 31. ante כִּי, Lev. I. 2. II. 1. IV. 2. et alibi.

§. 26.

Tertio una tantum Particula propoſitionem dirigit. Igitur cum duae pluresve Particulae in principio propoſitionis apparent, de earum natura et reſpectu ſedulo eſt disquirendum. Nam 1.) occurrunt Particulae ex duobus vocabulis junctae, quae unum conceptum et unicum propoſitionis characterem exhibent, v. g. אַחַר־כֵּן, אֵי־זֶה, אַף כִּי, עַל־כֵּן. 2.) Conjunctiones copulativae, quatenus ad propoſitionem ſpectant, atque etiam disjunctivae, omnibus Particulis uno conceptu adjungi poſſunt, ut גַּם, Exod. IV. 10. 1. Sam. II. 15. אַף, Lev. XXVI. 40. Job. XXXVI. 29. אִי, Exod. XXI. 33. Lev. XIII. 16. Copulae ו exempla ubivis obvia ſunt. 3.) Particula poſterior ſolum Verbum determinat, prior autem propoſitionem dirigit, conf. Jud. XI. 8. 2. Reg. V. 7. Jeſ. XLVIII. 8. Ezech. XX. 39. 4.) Nonnunquam ſunt Particulae ad diverſas propoſitiones, quas dirigunt, referendae, ut altera cum propoſitione priori ſit parentheſis, conf. Devt. VIII. 5. Gen. XIII. 16. et Mich. V. 7. item Gen. XXIII. 13. Prov. XXIII. 7. Eſrae IV. 13. et 16. Dan. II. 9. 5.) Particula poſterior propoſitionem dirigit, ſed prior periodos vel mem-

bra periodi connectit: vid. exempla Exod. VIII. 17. Devt. XII. 22. Joſ. XXII. 19. Jud. III. 2. Jeſ. X. 11. Dan. II. 30. Eſrae IV. 14.

§. 27.

Quarto Particulae nonnullae, quae propoſitionem dirigunt, nonnunquam omiſſae, ſunt ſupplendae, ut אֲשֶׁר ad propoſitionem relativam, ſaepius,

אִם, Exod. XXII. 13. ſi dominus ejus non fuerit cum eo, (coll. v. 14.) Lev. X. 19. ſi comedero — Num. XVI. 22. ſi vir unus deliquerit, 2. Sam. XIV. 32. ſi adhuc ego ibi eſſem.

כִּי, quod, Gen. XII. 13. quod ſoror mea ſis, Gen. XLV. 28. ſufficit, quod adhuc Joſephus — 2. Reg. XIX. 25. quod hoc fecerim, Jeſ. XLVIII. 8. ſciebam enim, quod —

כֵּן vel כַּאֲשֶׁר, Num. XXXIII. 56. ita agam vobiſcum, Joſ. I. 5. ſic ero tecum, Jer. III. 20. Utique ſicut perfide agit — Hoſ. XI. 2. ſicut vocaverunt eos.

ו copula, Gen. XXX. 31. et cuſtodiam, Exod. XV. 10. et obtexit eos mare, v. 12. et abſorpſit eos terra, v. 14. et contremuerunt, Devt. IX. 12. et fecerunt.

Ita ו ἀποδοτικὸν ſaepiſſime, et לָכֵן ſ. עַל־כֵּן nonnunquam ſupplendum eſt.

§. 28.

Propoſitiones ſunt vel homogeneae vel heterogeneae. *Homogeneae* dicuntur, quae poſt

poſt primam omnes copula 1, vel quae omnes particula eadem dirigente inſtructae ſunt, quae cum repetenda erat, nonnunquam in copula propoſitionum poſteriorum latet. *Heterogeneae* ſunt, quae particulas dirigentes diverſas in principio oſtendunt. Deinde ſingulare genus propoſitionis eſt, quam cum aliis *prooemialem* dico, quae recitata alicujus verba antecedit, et cujus pars potior Verbum dicendi vel audiendi eſt. Illa orationem recitatam determinat, et oſtendit, a quo, ad quem, quo loco vel tempore modove aliquid dictum ſit.

§. 29.

Periodus eſt membrum orationis, cujus partes certo nexu et reſpectu ſe excipiunt, quoad in perfecta abſolutaque ſententia inſiſtant. Sic *Ariſtoteles* Lib. III. Cap. IX. Artis Rhetoricae periodum dicit eſſe *λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καθ' αὑτὴν, καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον.* *Cicero* autem in Oratore ad M. Brutum periodum ita deſcribit, quod ſit circumſcriptio ambitusque talis, ut tanquam in orbe incluſa currat oratio, quoad inſiſtat in ſingulis perfectis abſolutisque ſententiis.

§. 30.

Nunc, quid ſit *perfecta abſolutaque ſententia*, explicandum eſt. Quandoquidem oratio, qua mentem noſtram ſententiamque indicamus, ex partibus pluribus conſtare ſolet, illaeque ita comparatae eſſe debent, ut ſenten-

tiae noſtrae magis magisque per intervalla demonſtrandae inſerviant et ſufficiant. Nam ſi una vel altera pars ad hoc ſufficiat, ut ſententia noſtra ſatis demonſtrata ſit, partes reliquae redundant, et fere non ſine vitio loquacitatis adjiciuntur. Contra ea oratio per partes ſuas ſingulas eo usque continuanda eſt, donec mens noſtra et ſententia perfecte planeque intelligatur, niſi obſcuritatis notam incurrere velimus. Igitur oratio perfecta et abſoluta appellari poteſt, in qua nec plura nec pauciora verba fiunt, quam quae ad noſtram mentem ſententiamque penitus declarandam requiruntur. Sic etiam orationis cujuscunque ſententia perfecta et abſoluta eſſe debere ſupponitur.

§. 31.

Sententia autem perfecta et abſoluta admittit gradus, ita ut fieri aut cogitari poſſit perfectior et abſolutior. Gradus primus et infimus eſt, qui proximus eſt ab imperfectione. Nam ſententia imperfecta et nondum abſoluta eſt, quando audita orationis parte, vel ex ſtructura verborum intelligimus, aliquid deeſſe, ſenſumque non eſſe plenum et ſatis determinatum. Igitur ſententiae perfectae et abſolutae primus gradus eſt, quando ex verborum ſtructura non ſuſpicari licet, aliquid ad ſenſum plenum et ſatis determinatum deeſſe. Atque hic perfectionis gradus in quacunque propoſitione requiritur. Ita ſi audita vel lecta una propoſitione, nondum eſſe ſententiam per-

fectam

fectam et abſolutam ſentimus, una atque altera propoſitionum, quae illam excipiunt, addenda eſt, donec ſenſus nobis ſatis determinatus eſſe videatur, unde periodus duarum pluriumve propoſitionum exiſtit: vel ſi cum una atque altera propoſitionum ſententia perfecta et abſoluta non incipiat, ſed illae ſenſu ſuo et conſtructione ad ſuperiora reſpiciant, haec illis adjungenda et una periodo comprehendenda eſſe intelligimus.

§. 32.

Ea enim eſt mentis humanae indoles, ut orationis prolixioris ſententiam integram uno meditationis actu ſtatim comprehendere non poſſit, ſed membrorum ſingulorum, quae ſeparatim ſatis intelligit, comparatione mutua ad majorem continuo perſpicuitatis et certitudinis gradum ſenſim paulatimque adſcendat. Igitur orationis modus et ordo ſic inſtructus eſſe debet, ut illa per membra et periodos proponatur, quae ſententiam in ſuo genere perfectam et abſolutam exhibeant, ita ut membri unius idea aliqua generalis animo formari et memoria teneri poſſit, priusquam ad alterum progrediaris. Hanc ob cauſam Ariſtoteles periodi μέγεθος εὐσύνοπτον requirit, ſeu magnitudinem juſtam, quae facile uno quaſi intuitu poſſit comprehendi, quam opponit τῇ λέξει ἀπεράντῳ, cujus terminum nemo poſſit intueri. Haec autem membra vel ipſa orationis ſtructura, ſ. nexu et reſpectu propoſitionum

num definiuntur, vel etiam arbitrio et judicio auctoris relictum eſt, quantam orationis partem ad ſententiam aliquam abſolutam neceſſariam eſſe judicet, et una periodo comprehendere velit. Sic in ipſa oratione ſtudio elaborata periodorum limites vel ex auctorum viva pronunciatione, qua moras cum reſpiratione interponunt, vel ex interpunctione avthentica definiuntur, vel, ſi haec ſubſidia deficiant, ad ipſam orationis ſtructuram et nexum propoſitionum recurrendum eſt. Denique ex rationibus aliis in ſermone codicis Hebraici, ſaepe etiam ex arbitrio periodorum limites conſtitui poſſunt, ubi vero periodos breviores longioribus fere praeferendos eſſe arbitror, quia dictio brevis et conciſa, et genus orationis ſententioſum atque emphaſibus plenum libris ſacris maxime proprium eſſe perſpicitur. Omitto reliqua, quae de periodorum limitibus dicere habeo, quaeque alio loco accuratius et uberius perſequar.

§. 33.

Datur etiam *periodorum nexus* in oratione, ſed laxior, quando una ad alteram reſpicit, et ad ejus ſententiam perfectiorem et abſolutiorem reddendam comparata eſt. Nam periodorum juxta ſe poſitarum altera alteram determinat, quando, niſi haec adſit, ſenſus illius mutilus et imperfectus relinquitur, vel quando audita aut lecta una periodo, ſtatim de indole periodi alterius, quae hanc excipit, cogi-

cogitamus. Sic nexus et reſpectus eſt periodorum, quibus actio eadem continuata, vel duae actiones loco aut tempore connexae deſcribuntur: quando ſe habent ut antecedens et conſequens, ut cauſa ejusque effectus, ut res et ejus ratio, ut interrogatio aut oratio unius et reſponſio alterius, vel quando unius ejusdemque oratio per duas pluresve periodos continuatur. Deinde etiam nexus et reſpectus periodorum notis externis et characteribus, h. e. Conjunctionibus quibusdam deſignatur, quae in principio conſiſtunt, et non propoſitiones ſed periodos connectere intelliguntur, ut quando Conjunctio ante aliam diverſam poſita eſt. (§. 26. num. 5.) Hujusmodi ſunt Conjunctiones, quae ſua natura ad ſuperiora reſpiciunt, et in altero periodi membro poni ſolent, jam vero in principio periodi collocantur, ut Copulativae, Adverſativae, Disjunctiva אוֹ et Concluſivae, item Cauſalis כִּי, quando non per *quia*, ſed *nam*, exponenda eſt.

§. 34.

Iam *de nexu et reſpectu propoſitionum in periodo*, de quo in §. 22. dicere incepi, quae reliqua ſunt, exponam. In periodo hactenus deſcripta duae pluresve propoſitiones ita cohaerent, ut alteram altera determinet, et ut conjunctae ſententiam perfectam et abſolutam efficiant. Nonnunquam etiam duae vel plures propoſitiones vicinae, cum ſunt homoge-

neae, (§. 28.) non quidem ſe mutuo, conjunctae tamen tertiam vel ſeparatim determinant. Imo cum omnes propoſitiones in periodo ſunt homogeneae, nulla alteram determinat, adeoque non ex principio determinationis, ſed ex aliis rationibus earum diſtinctio perficitur. Hic utrum propoſitio ad ſuperiora an ad inferiora reſpiciat, et quarum propoſitionum ſit nexus arctior, videndum eſt. Illud ex particulis propoſitionum characteribus intelligitur, quae, propoſitionem aliquam priori vel poſteriori adjungendam eſſe, plerumque oſtendunt. Nexus autem arctior eſt propoſitionum conſtructarum quam abſolutarum, (§. 23.) homogenearum quam heterogenearum, (§. 28.) item propoſitionum, quarum idem ſubjectum vel objectum eſt, quae actionem aut paſſionem eandem continuatam, vel duas tempore aut loco connexas deſignant.

§. 35.

Periodus quaelibet duarum pluriumve propoſitionum, collectis propoſitionibus, quae arctius cohaerent, in *duo membra*, quantum fieri poteſt, diſtribuenda eſt. Igitur ſi propoſitiones duae ſunt, in earum confinio duo membra definiuntur. Si vero tres ſunt propoſitiones, CBA, tum B vel ad C vel ad A propius ſpectat, unde duo membra, vel A et CB, vel BA et C, exiſtunt. Denique ſi plures propoſitiones periodo comprehenduntur, duae ſeries propoſitionum ſe mutuo determi-

terminantium ſunt conſtituendae, quae ſeries certo reſpectu cohaerent, et duo periodi membra efficiunt. Atque hic ratio habenda eſt Conjunctionum, quae in principio membri poſterioris vel utriusque apparent, aut nonnunqam ſupplendae ſunt, quaeque membrorum characteres dici poſſunt.

§. 36.

Duo membra periodi ſaepius ita conjuncta ſunt, ut alterum ad ſententiam abſolutam abeſſe non poſſit, utque audito aut lecto priori ſtatim alterum deſideretur, vel poſteriori, hoc ad prius referendum eſſe ſentiatur. Hac conditione membrum prius *Protaſis*, alterum vero *Apodoſis* appellatur. Ex qua deſcriptione intelligitur, non omnes periodos Protaſi et Apodoſi conſtare, cum ſaepius membrum alterum charactere nullo affectum ſit, vel nuda copula, quae non ad aliquam priorem partem determinandam reſpicit. Nonnunquam tamen ו copula in principio periodorum et membrorum Conjunctione Adverſativa, Disjunctiva, Cauſali, Conſecutiva aut Conditionali reddenda eſt, ut nexus membrorum arctior appareat, et Protaſis atque Apodoſis manifeſta ſit, quae poteſtas et ſignificatio diverſa ex membrorum indole et comparatione, certa vel probabili ratione colligitur. Protaſis natura ſua locum priorem occupat, et poſteriorem Apodoſis: at contingit aliquoties, ut ordine inverſo collocentur.

§. 37.

In deſignandis *periodorum generibus* reſpiciendum eſt ad characteres, ſ. Conjunctiones, quae in principio membri alterius vel utriusque ſunt poſitae. Hinc octo haec genera periodorum conſtituo: Copulativas, Adverſativas, Disjunctivas, Comparativas, Cauſales, Conſecutivas, Conceſſivas et Conditionales. Quibus addi poſſunt periodi Concluſivae, quae ſic dicuntur, quod non quidem duo membra inter ſe, ſed integra periodus cum periodo priori Concluſione concluſiva, וְעַתָּה, עַל־כֵּן, לָכֵן, a principio poſita cohaeret. Non autem in cenſum recipio periodos explanativas, excluſivas, relativas, exceptivas, ſimulativas, — quas aliqui ſingunt, cum ad genera ſuperiora facile reducantur.

§. 38.

Quae a Rhetorices magiſtris tum antiquis tum recentioribus de membris et inciſis, de periodo ſimplici, et compoſita bimembri, trimembri, quadrimembri praecipiuntur, ad meum propoſitum nihil pertinere videntur. Neque etiam periodum compoſitam recte dici arbitror, quae Protaſi et Apodoſi una conſtat, maxime cum una ſine altera plene intelligi non poteſt, quamvis in utroque membro propoſitiones nexu continuo cohaereant. Mihi vero *periodus compoſita* dicitur, quae in duas periodos diſtribui poteſt, ſicut propoſitio compoſita eſt, quae in duas propoſitiones reſolvi poteſt,

ſi

ſi pars communis cum reliquis diſtincte et ſeparatim componitur. Periodorum compoſitarum duae dantur formae praecipuae: ut quando in periodi aliquo membro alia Protaſis et Apodoſis, particulis ſuis deſignata, apparet, et membrum alterum ſine hujus ſubſidio ſenſum perfectum et abſolutum reddit, et ſingulari periodo comprehendi potuiſſet; vel in quibus membra Apodoſeos ad Protaſin, vel membra Protaſeos ad Apodoſin ſeparatim referuntur.

CAPUT II.

DE ACCENTUUM NOMINIBUS, FIGURIS, GENERIBUS ET POTESTATE.

Tabularum explicatio, §. 39.
Accentuum nomina et ſynonyma, 40. 41.
Figurae accentuum, 42.
Accentuum conſecutio proſaica vel metrica, 43.
Accentus proſaici, metrici et communes, 44.
Accentus ſuperiores vel inferiores, 45.
Accentus certae ſyllabae proprii vel communes, 46.
Accentus ſimplices vel compoſiti, 47.
Accentus repetiti in eodem vocabulo, 48-50.
Accentus duo diverſi in uno vocabulo, 51.
Accentus diſtinctivi vel conjunctivi, 52.
An conjunctivorum poteſtas diverſa ſit, 53.
Diſtinctivorum et conjunctivorum recenſio, 54.
Accentus pauſantes et non pauſantes, 55.
Accentus diſtinctivi criterium falſum, 56.
Poteſtas diverſa acc. diſtinctivorum, 57.
Diſtinctivi nonnulli ejusdem

dem poteſtatis notantur, 58.

Diſtinctivo cuivis ſua regio attributa eſt, in qua occurrunt illius ſervus et ſubdiſtinctivi ei proprii, 59.

Diſtinctivorum claſſes diverſae, 60.

Quae variis modis ab aliis diſponuntur, 61.

An diſtinctivi cum noſtris interpunctionum ſignis poſſint et debeant comparari, 62.

§. 39.

In tabulis conſecutionis accentuum proſaicorum et metricorum ordinariae columna recta ſ. verticalis prima exhibet accentuum nomina, qui domini ſ. diſtinctivi dicuntur: columna ſecunda eorum figuram: columna tertia miniſtrorum ſ. ſervorum nomina: columna quarta eorum figuram: denique columnae quinta et reliquae accentus, qui ſubdiſtinctivi vocantur, minimos, minores, majores, maximos. Columnae transverſae comprehendunt accentus diverſae poteſtatis, qui ad ditionem domini cujusvis pertinent. Ubi vero duo pluresve accentus diſtinctivi vel miniſtri intra duas lineas transverſas apparent, eorum unum vel alterum diverſis conditionibus habere locum ſignificatur.

§. 40.

Accentuum appellationes duas a Rabbinis habemus, qui eos tum טְעָמִים, tum נְגִינוֹת vocant, priori nomine ad poteſtatem accentuum in ſenſu orationis indicando, poſteriori ad eorum cantum ſ. pronunciationem reſpi-

cien-

cientes. Accentuum autem ſingulorum nomina hodierna ſunt ipſa illa Hebraica antiqua, ſed ad genium et formam Chaldaiſmi inflexa. Atque eorum nonnulla a figura eſſe deſumta facile intelligitur, quod genus, Segolta, Sakeph, Schalſchelet, Rbhia, Tiphcha, Sarka, Karnephara, Tliſcha, Munach, Darga; alia ab officio, ut Silluc cum Soph Paſuc, Atnach, Merca. Alia nomina ita comparata ſunt, ut, utrum a figura, an ab officio et uſu deſumta ſint, certo definiri non poſſit, quia multorum accentuum figura antiqua, vel officium inter Hebraeos veteres, vel aliae rationes ignorantur.

§. 41.

Utile et neceſſarium eſt, Synonyma praecipua noſſe, quae multis accentibus in libris Judaeorum antiquorum et recentiorum attributa ſunt. Sic

אַזְלָא et אַשְׁל eſt Kadma,

עֶגְלָא et גַּלְגַּל eſt Jerach,

עִלּוּי vocatur Munach ante Atnach, Sakeph et Sarka,

לְגַרְמֵיהּ et לְבַדּוֹ eſt Munach cum Pſik,

מַרְעִים dicitur Schalſchelet,

מַיְּה eſt Paſchta, quando venit in voc. Sakephi,

מַאַיְּלָא eſt Tiphcha in proximo ante Silluc vel Atnach voc.

מְכַרְבֵּל dicitur Munach Sakephi ſervus, quando eſt in prima vocabuli ſyllaba,

בָּזֵר גָּדוֹל eſt Karnephara,

סַחְפָּא vocatur Atnach ad primum in Paſuco vocabulum,

טַרְחָא eſt Tiphcha,

תַּרְסָא, Tliſcha magnum, et תַּלְשָׁא, Tliſcha parvum,

תְּרֵס vel טֶרֶס dicitur Gereſch,

תְּרֵין חֻטְרִין eſt Merca chephula.

Ita Judaeorum magiſtri nonnullis accentibus a vocabulo שׁוֹפָר nomen indiderunt, ideoque in eorum libris

Schophar Galgal, et Schophar Galil eſt Darga,

Schophar Haphuch (מְהֻפָּךְ ſ. הָפוּךְ) item Schophar Omed (עֹמֵד) eſt Mapach.

Schophar Holech, (הוֹלֵךְ) et Schophar Jaſchar (יָשָׁר) item Schophar Munach, dicitur Munach,

Schophar Maſchpel, (מַשְׁפֵּל) et Schophar מְקַדֵּם eſt Jethib.

§. 42.

Accentuum figuras accuratius noſſe et a figuris ſimilibus diſtinguere opus eſt. Nam Sakeph et Schva ſitu differunt, cum illud ſupra, hoc infra literam ſcribatur. Eodem modo Rbhia

Rbhia et Chirek differunt. Ita Rbhia, mediae literae imminens, facile a Cholem diſtinguitur, quod ad latus literae imponi ſolet. Silucum Methego non confundet, qui notaverit, illum in ſyllaba, quae tonum habet, hunc autem in aliqua ſyllaba ante tonum collocari. Paſchta et Kadma non quidem figura, at ſitu differunt, cum illud ad latus extremum literae ultimae, hoc vero literae cuivis mediae vocabuli imponendum ſit. Sic Mapach et Jethibh ſitu diſtinguuntur, quia illud poſt vocalem tono affectam, hoc ante vocalem primam vocabuli ſubſcribitur. Praeterea horum accentuum differentia ex eorum conſecutione ſtatim agnoſcitur. Accentibus autem nonnullis antiquiſſimo tempore figuras fuiſſe ab hodiernis diverſas, mihi facile perſuadeo. Sic accentus Rbhia olim puncto non rotundo, ſed quadrato pingebatur, unde nomen accepit: et Mapach figuram Munachi inverſi habuit. Inprimis in codicibus MStis figurae accentuum multis modis inflexae et variatae conſpiciuntur, cujus rei ſpecimina ex Codice Caſſellano producit I. G. *Schiede* in Obſervation. S. Biga p. 97—99. Igitur cum difficile ſit, quaenam fuerint verae illae et antiquae accentuum omnium figurae ex rationibus certis definire, non minus temerarium eſſe judico, figuras accentuum ſolius ingenii ductu ex partibus circuli, vel alia hypotheſi, quae primis inventoribus in mentem non venit, derivare.

§. 43.

Accentus, quia eorum aliqua eſt copia, in certa genera commode diſtribuuntur, prouti eorum inter ſe ſimilitudo obſervatur. Atque hic primo omnium commemorari debet, alium ordinem et aliud Syſtema accentuum in Pſalmis Davidis, Proverbiis Salomonis et in Jobi libro a Cap. III. v. 2. usque ad Cap. XLII. v. 7. obſervari, ac in reliquis omnibus V. T. libris. Haec accentuum conſecutio dicitur *proſaica*, illa autem *metrica*, quod altera in libris proſaicis, altera in libris praecipuis poëticis adhibita eſt. Conſecutionis utriusque ordinariae Syſtema et ſynopſin in tabulis duabus exhibui. Quaeſtio autem, cur alia detur conſecutio accentuum metrica, cum libri poëtici omnes etiam proſaicam admitterent, altioris eſt indaginis, et alio tempore expedienda.

§. 44.

Iam notari ſufficiat, quinam accentus ſint libris proſaicis vel poëticis proprii, aut utrisque communes. Nam accentus *libris proſaicis proprii* ſunt Segolta, Sakeph, Tiphcha diſtinctivus, Paſchta, Jethibh, Tbhir, Merca chephula, Karnepara, Tliſcha magnum et parvum, Gereſch, Geraſchaim, Darga. Accentus *libris poëticis proprii* ſunt Merca Mapachatus, Rbhia Gereſchatus, Munach ſuperior, Tiphcha anterior, Tiphcha ſervus, Sarka cum Mapacho aut Merca, Munach et Merca diſtincti-

ſtinctivi, Kadma cum Pſik, et Mapach cum Pſik. Accentus *communes*, qui et in proſaicis et in poëticis libris uſurpantur, ſunt Silluc, Atnach, Schalſchelet, Rbhia, Sarka, Paſer, Merca, Munach, Mapach, Jerach. Obſervandum tamen eſt, accentus communes non eadem in libris proſaicis et poëticis poteſtate gaudere, ſed ordine et ſyſtemate diverſo contineri.

§. 45.

Accentus vel ſupra literam vel infra eam ſcribuntur, et propterea in *ſuperiores et inferiores* diſtribuuntur. Accentus autem, qui ad claſſem utramque pertinent, recenſeri non opus eſt, ut qui ex tabulis cognoſci poſſunt. Sed hoc ſcitu opus eſt, accentus *ſuperiores* imponi literae, cui vocalis ſubſcripta eſt, exceptis Segolta, Sarka, Paſchta, Tliſcha parvo et Sarka diſtinctivo in metricis, qui literam ultimam amant, licet vocalis ei non ſubſcripta ſit, item Tliſcha magno, ſcribendo ad literam vocabuli primam, non quidem ante, ſed poſt Makkeph, ſi adfuerit: *inferiorum* autem locum eſſe poſt vocalem ſyllabae, quam adficiunt, vel ſub prima litera ſyllabae, quae cum vocali Cholem vel Schurek pronunciatur, niſi quod Jethibh et Tiphcha anterior ante primam vocabuli literam ſcribantur.

§. 46.

Accentus plerique in ſyllaba tono affecta locum habent, unde omnes, quotquot in tabula utraque recenſentur, *accentus tonici* ap-

pellantur. Sunt enim alii *euphonici*, Makkeph et Pſik, de quibus poſtea ſeorſim tractabitur. Attamen tonicorum nonnulli non ſequuntur tonum, ſed certae Syllabae ſunt proprii. Igitur accentus in *proprios* et *communes* diſtinguuntur. Illi ſunt vel ſyllabae ultimae proprii, et literae ultimae imponuntur, videlicet Segolta, Sarka, Paſchta, Tliſcha parvum, et Sarka metricus diſtinctivus: vel ſunt primae ſyllabae proprii, ut Tiphcha anterior, qui ante vocalem primam ſcribitur, et Tliſcha magnum, quod primae vocis literae imminet. Ceteri omnes ſunt communes ſyllabae cuivis tono affectae. Talis etiam eſt accentus Jethibh, qui tonum ſequitur, et ante vocalem primam ſemper ſcribitur.

§. 47.

Deinde accentus dividuntur in *ſimplices* et *compoſitos*. Hic autem opus eſt, ut compoſiti vocabulum ambiguitate liberemus. Nam accentui ſimplici opponitur non ſolum accentus *compoſitus*, ſed etiam *repetitus* et *duplex*. *Accentus compoſiti* h. l. dicuntur, qui ſua natura ex duabus accentuum figuris juncti ſunt, quae pro uno ſtant accentu, et uno diſtinguendi vel conjungendi officio funguntur. Horum alter eſt in ſyllaba tono affecta, alter vel in eadem ſyllaba, ut Merca chephula, Karnepara et Geraſchaim: vel in alia ſyllaba priori reſidet, videlicet in metricis, Merca Mapachatus, Rbhia Gereſchatus plerumque, Mapach et Merca

ſervi

ſervi cum Sarka; vel in fine vocabuli adſcribitur, quod genus Silluc cum Soph Paſuc, Schalſchelet cum Pſik, Munach cum Pſik, et in metricis Kadma vel Mapach cum Pſik, qui quidem Pſik nonnunquam amittunt. Reliqui accentus omnes, qui hic nominati non fuerunt, ſunt ſimplices.

§. 48.

Nunc de *accentibus repetitis* dicendum eſt, qui non quidem in duobus vocabulis, (nam de his alibi,) ſed in eodem vocabulo repetuntur. Solent enim proſaicorum accentuum illi, qui in §. 46. proprii dicuntur, in duabus ſyllabis vicinis repeti, quando tonus in alia ſyllaba reſidet, quam cui accentus proprius eſt, ut ſimul tonus ſignificetur, et accentui nativa ſedes relinquatur. Sic alter, ut ajunt, eſt throni, alter toni, ita quidem, ut accentuum repetitorum vel prior vel poſterior tonum deſignet, ſi ultimae vel primae ſyllabae eſt proprius.

§. 49.

Igitur primo Paſchta in vocabulo penacuto ubivis geminatur, v. g. Gen. I. 2. 7. 11. 12. 22. II. 18. III. 7. 13. 19. 24. Idem contingit in vocabulo, quod Patach furtivo aut gemino Schua deſinit, et in accentuum doctrina pro penacuto habetur, v. g. Gen. VIII. 1. Exod. XVII. 9. XXVIII. 43. Ruth. III. 4. 7. Hoc indicio eſt, Patach furtivum et Schua alterum in fine vocabuli cum ſuis conſonanti-

 bus

bus efficere ſyllabam, breviſſima tamen mora efferendam.

§. 50.

Ita etiam Segolta, Sarka, Tliſcha magnum et parvum, ſed rarius, geminantur, qua in re magna codicum diverſitas deprehenditur, ut quidem in codicibus impreſſis antiquioribus, non aeque in recentioribus haec repetitio occurrat. In illis geminus apparet Segolta tantummodo in locis duobus, Exod. X. 6. Lev. XIV. 21. Sarka, Gen. III. 17. Exod. IX. 23. X. 6. 15. XII. 11. 12. Tliſcha magnum, Gen. XVIII. 28. XXI. 14. et in locis aliis, quae *Speidelius* in Commentario in acc. Hebraicos, Cap. III. §. 9. addit, Gen. I. 30. VII. 2. 7. Ezech. XXXIII. 22. Hagg. II. 14. Denique de Tliſcha parvo geminato vulgo locus Gen. III. 21. producitur, et Conr. *Neander* de Ebraeor. accentibus, fol. E. 2. b. citat Gen. XXXVII. 34. Sed in utroque loco codices noſtri Tliſcha ſimplex oſtendunt.

§. 51.

Progredior ad accentus duplices ſ. duos diverſos in uno vocabulo, de quibus prolixior quidem eſt diſputatio, quam ut hic locum inveniat. Utile tamen fore exiſtimo, ſi momenta praecipua breviter attingam. Nam *primo* accentus diſtinctivi nonnunquam adſciſcunt in ſuo vocabulo ſervum ſuum, vel etiam ſubdiſtinctivum minorem, eo in loco, ubi Metheg ſcribendum erat, v. g. Atnachus Tiphcham

vel

vel Munachum, Sakeph Munachum vel Paſchtam, Rbhia Munachum, — in metricis, Merca Mapachatus Jerachum, Atnachus Munachum, Munachus Tiphcham ante Sillucum. — Exempla in Cap. VII. et VIII. ſuis in locis reperiuntur. Atque hoc propterea factum eſt, tum ut accentus diſtinctivus in ditione unius vocabuli conſiſtere poſſit, tum ut ſyſtema accentuum, addito intermedio, compleatur.

Secundo duo ſervi vel etiam diſtinctivi in uno vocabulo conſpiciuntur, ut varia lectio variusque tonus deſignetur, quod a Maſorethis eſſe videtur. Ita conjunguntur Gereſchus vel Geraſchaim et Tliſcha magnum, Merca cum Mapacho vel Munacho vel Merca, quod infra ſuis in locis notabitur.

Tertio duo accentus concurrunt ad deſignandum duo vocabula, vel ex duobus compoſitionem, quodque alter accentus additus eſt, non ab auctoribus ſacris, ſed a Maſoretharum priorum tempore repetendum eſſe judico, qui accentus τȣ̃ Keri, quod duo vocabula exhibet, τῷ Chethibh adſcripſerunt. Exempla videri poſſunt Gen. XXX. 11. L. 17. Jer. VI. 29. Ezech. VIII. 6. IX. 11. Cant. I. 7. 12. Cohel. IV. 10. Dan. I. 7.

§. 52.

Hactenus de accentibus dixi, non habito reſpectu valoris et poteſtatis eorum, quod argumentum nunc demum diligenter et perſpicue tractandum mihi eſſe videtur. Atque hic

primo ſe offerunt duo accentuum genera, cum alii ſint diſtinctivi et domini, alii conjunctivi et miniſtri ſ. ſervi. *Diſtinctivi et domini* dicuntur, quia orationem in memba diſtinguunt, eisque ceu regionibus praeſunt. *Conjunctivi et miniſtri ſ. ſervi* appellantur, ut qui domino alicui quaſi miniſtrant, et ſuum vocabulum illi arctiori nexu adjungunt. Series tam dominorum quam ſervorum in tabulis conſecutionis accentuum in conſpectu ponitur. Et quia ſervi diſtinctivis ſunt numero longe inferiores, inde fit, ut unus ſervus plerumque pluribus diſtinctivis miniſtret. Atque hujus rei ratio, cum vel unus ſervus ſufficere, vel diſtinctivo cuilibet ſervus peculiaris attribui debuiſſe videatur, non tam ab arbitrio auctorum petenda, quam potius in antiquiſſimo pronunciandi modo, quem accentus deſignarunt, quaerenda eſt.

§. 53.

Ex eodem loco ad quaeſtionem, cur diſtinctivi nonnulli ex duobus ſervis alterutrum ſibi ſumant, reſponderi poteſt. Nonnulli hoc diſcrimen ad uſum accentuum Muſicum, qualis apud Judaeos hodie viget, male referunt, et inprimis Herm. *Tarnovius* in Diſſ. de Rhythmo Hebraeo-Biblico Sect. III. §. 7. ſtatuit, ſervum quemlibet peculiari ſono cadentiam inſtruere, eamque ſuo domino accommodare. Similia his habet I. G. *Abicht* in Accentibus Ebraeorum explicatis Cap. I. §. XI. Ego vero, cum de ſervorum tono et ſono nihil affirmare

mare audeam, valorem eorum arbitror eſſe eundem ratione nexus et conjunctionis vocabulorum, ſed omnino diverſum ratione pronunciationis et morae, quam olim etiam moderati ſunt. Ita ne pronunciatio claudicanti altero pede ſimilis eſſet, ſed juſta proportione procederet temporis et morae, neceſſarium fuiſſe videtur, ut ſervus ante majorem diſtinctivum, vel intercedentibus pluribus ſyllabis mora et intervallo majori exprimeretur, quod vero diſcrimen non a ſervo, ſed a domino dependet.

§. 54.

Nolo jam aliorum omnium diverſas opiniones de diſtinctivis et ſervis recenſere: placet tamen, quid primi auctores, qui de accentibus ſcripſerunt, ſtatuerint, paucis contemplari. Auctor Portae accentuum §. I. Reges, h. e. accentus diſtinctivos XV. eosque proſaicos hoc ordine enumerat: Atnach, Sarka, Sakeph, Jethibh, Tiphcha, Teres ſ. Gereſch, Legarmeh, Paſchta, Paſer, Rbhia, Tbhir, Tliſcha magnum, Schalſchelet, Segolta, Soph Paſuc. Servi autem proſaici ibidem ita recenſentur: Munach, Mecarbel, Tliſcha parvum, Mapach, Merca, Illui, Aſla, Darga, Maila; ubi Jerach omittitur, et Munach tribus, Merca duobus nominibus deſignatur. (§. 41.) *Reuchlinus* de accentibus p. 80. ſervos hoc ſymbolo includit, אַדְמַת גֶּשֶׁם, intelligens Aſla, Darga, Merca, Tliſcha parvum,

vum, Galgal ſ. Jerach, Shophar Munach, et Mapach.

§. 55.

R. Moſes *Kimchi* in Grammatica p. 5. 6. edit. Munſteri, cum aliis accentus diſtinguit in pauſantes, מַפְסִיקִים, et non pauſantes, eosque modo diverſo enumerat, et ex hypotheſi Rabbinorum, quam mox indicabo, de illis diſſerit. *Elias Levita* autem in Commentario, quem Munſterus addidit, accentus pauſantes ita appellatos eſſe dicit, quia poſteriori vocabulo ab initio Dageſch lene poſt literas quieſcentes imprimunt, et non pauſantes, quia Dageſch lene non imprimunt. Idem Elias accentus quinque neutrales facit, qui neque reges neque miniſtri ſint, Pſik, Schalſchelet, Karnepara, Segolta et Silluc. Rationes ejus, quae produnt illius aevi ignorantiam, videri poſſunt in *Buxtorfii* Theſauro Grammat. p. 602.

§. 56.

Ceterum Rabbini certiſſimum hoc eſſe putant accentus diſtinctivi criterium, quando poſt literam ultimam quieſcentem Dageſch lene primae literae aſpiratae vocabuli poſterioris inſcriptum reperitur, quod etiam multis doctoribus Chriſtianis placuit. Qua ex ratione accentus nonnulli diſtinctivi, inprimis Merca chephula et Tliſcha parvum, ad ſervorum conditionem detruduntur. Sed hoc criterium mihi obſcurum et ambiguum, imo falſum eſſe videtur. Nam codicum MStorum et impreſſorum

rum maxima diverſitas obſervatur, ut Dageſch lene ſaepenumero ex incuria aut ex hac precaria hypotheſi vel abundet vel omiſſum ſit. Deinde ex loco Exod. V. 15. quem Kimchi citat, potius contrarium evincitur, quia in תכ non Dageſch lene, ſed euphonicum abeſt poſt diſtinctivum, qualis ſine dubio eſt Merca chephula, ut qui ſibi Dargam ſervum praemittere ſolet. Et cum Tliſcha parvum ex illo criterio a plerisque pro ſervo habeatur, qui ſit, ut 1. Sam. XIII. 11. et Dan. III. 3. poſt illud Dageſch lene veniat? Hoc autem affirmare audeo, cum poſt diſtinctivos minoris dignitatis Dageſch lene non inſcriptum eſt, id factum eſſe ob celeritatem pronunciationis, quae etiam vera cauſa eſt, ob quam poſt ſervos Dageſch omittitur.

§. 57.

Nunc de vi et poteſtate accentuum diſtinctivorum exponendum eſt, quae in univerſum in eo conſiſtit, ut orationem in membra diſtinguant. Cum vero diſtinctiones orationis non ſint unius generis, ſed quantitate differant, ex eo ſtatim intelligitur, maxime diverſam eſſe diſtinctivorum poteſtatem. Et quando accentus extra nexum conſideramus, noſſe ſufficit, quis accentus alio major vel minor ſit, donec eorum poteſtas in ditionibus accuratius determinabitur. Igitur hic notandi ſunt gradus diverſi poteſtatis diſtinctivorum, a ſummo ad imum deſcendendo, iique XIII. in tabula proſaica,

ſaica, et XIV. in tabula metrica. Similia fere his habet C. H. *Kirchnerus* in Principiis Accentuationis p. 7. 8. et 35. 36. qui alio conſilio, et ſervis ſimul computatis et linea Makkeph, non quidem diſtinctionis, ſed nexus gradus, a minimo ad ſummum aſcendendo, et quidem gradus XV. accentuum proſaicorum, et gradus XI. metricorum poſuit.

§. 58.

Iam quando in tabulis duo pluresve diſtinctivi intra duas lineas transverſas conſpiciuntur, hoc ita intelligendum eſt, tales diſtinctivos alternatim diverſis conditionibus eadem diſtinguendi poteſtate uſurpari. Ita poteſtate diſtinguendi eadem alternant Segolta et Schalſchelet cum Pſik, Sakeph parvum et magnum, Paſchta et Jethibh, — et in metricis, Atnach, Rbhia Gereſchatus, Paſer et Munachus ſuperior, item Rbhia Gereſchatus et Schalſchelet cum Pſik, Munach cum Tiphcha et Mapach cum Pſik —

§. 59.

Ex his intelligitur, accentuum diſtinctivorum alterum alteri eſſe ſubjectum, ſicut etiam in codice Hebraico apparet, eos variis modis ſe conſequi et combinari. Hoc autem non promiſcue, ſed juſto ordine certisque legibus fieri obſervatur. Nam diſtinctivo cuilibet ſua regio ſ. membrum orationis attribuitur, quod ſi ſemel aut aliquoties iterum diſtinguendum

eſt,

eſt, diſtinctivi ei proprii ad hoc adhibentur, qui dicuntur ejus ſubdiſtinctivi. Conſiderentur jam in tabulis conſecutionis accentuum columnae transverſae, quae ſervos et ſubdiſtinctivos diſtinctivo cuilibet proprios complectuntur.

§. 60.

Igitur accentus diſtinctivi, quod in tabulis apparet, in aliquot ordines ſ. claſſes diſtributi ſunt, ita ut diſtinctivi poteſtate maximi claſſem primam, diſtinctivi minores illis proprii claſſem ſecundam, diſtinctivi accentibus claſſis ſecundae proprii claſſem tertiam, et ſic deinceps, efficiant. Sic diſtinctivorum proſaicorum claſſes quinque, et metricorum claſſes quatuor prodeunt.

§. 61.

De diſtributione accentuum reſpectu poteſtatis diverſae multorum omni tempore opiniones atque hypotheſes extiterunt. Primi hujus artis magiſtri diviſione in reges ſ. dominos et ſervos, et illorum in diſtinctivos majoris et minoris dignitatis contenti fuerunt. Deinde Sam. *Bohlio* in accentuum poteſtatem diligentius inquirenti in mentem venit, eorum dignitates diverſas cum dignitatibus Reipublicae comparare, unde in ejus Tabula X. Imperatores duo, Reges tres, Duces ordinarii decem et extraordinarius Pſik numerantur, ſed falſo Rbhiam majorem eſſe Tiphcha ſupponit. Poſt eum Caſp. *Ledebuhrius* in Catena Scriptu-

rae in claſſes quinque accentus proſaicos et metricos diſpeſcuit, fecitque regem, duces, comites, dynaſtas et toparchas. Deinde Matth. *Waſmuthus* illam hypotheſin magis excoluit, et accentus proſaicos et metricos diſtincte poſitos paulo aliter ordinavit. Quem quidem accentus diſtinguendi modum plerique alii adoptarunt, ita tamen ut paſſim a ſe invicem diſſideant. Mihi vero tales accentuum tituli, ut qui ſcholam nimis ſapiunt, et ab ipſa re conſideranda animum abducunt, non placuerunt, viſumque eſt eorum potius claſſes atque ordines numerare, quod conſiderem, ſic planiſſime omnium hanc doctrinam tractari poſſe.

§. 62.

Non eſt hic ſilentio praetereunda illa multorum opinio, qua accentuum poteſtatem determinaturi eos cum noſtris interpunctionum ſignis compoſuerunt. Nam ut alios taceam, Franc. *Junius* in Grammatica p. 208. ſqu. et Valent. *Schindlerus* in Tractatu de accentibus Hebr. docent, accentus reges diſtinguere orationem in periodos, cola, commata, ſemicommata et dictiones. *Buxtorfius* in Theſauro Gramm. p. 603. reges eſſe dicit vel minores vel majores. Minores imperfectae ſententiae praeeſſe, et ὑποςιγμην atque κομμα notare: majores autem ſermonem perfectius diſtinguere, et κωλον vel περιοδον conſtituere. Ita accentus interpunctionibus occidentalium reſpondere judicarunt *Pfeifferus* in Manuduct. §. 5. 8.

Sen-

Sennertus in Sciagraphia §. 36—40. *Altingius* in Fundamentis punct. L. S. p. 363. *Hillerus* in Inſtitut. L. S. p. 30. ſqu. et plures alii. Inprimis Georg. *Venzky* in Doctrina accentuum prof. illam hypotheſin aſſumſit, et p. 9—27. multis rationibus exornavit, ex eaque per librum integrum de uſu et poteſtate accentuum ſtatuit. Denique Thom. *Boſton* in Tractatu Stigmolog. p. 72—78. adverſus Wasmuthum contendit, poteſtatem diſtinctivorum non pendere a quantitate ſedis diſtinctionum, ſed eſſe abſolutam, et omnino in locis diverſis aequalem,, ut v. g. Sillucus ubique puncto abſoluto ſit aequiparandus. Ex illa hypotheſi in eam opinionem delapſi ſunt multi, tantummodo accentuum majorum habendam eſſe rationem, minores autem ſine damno poſſe negligi. Sed viderunt et aſſeruerunt alii, accentus Hebraeorum cum noſtris diſtinctionum ſignis abſolute non poſſe comparari, ut Wasmuthus p. 23—26. Schnegaſſius in Tab. IX. Doerfelius in Tirocinio §. 27. Ouſeelius in accent. metrica, in Praefat. §. 24. aliique, quam ſententiam eſſe veram exiſtimo. Non autem hic locus permittit, eam rationibus confirmari, et priorem illam hypotheſin, quae jam ſua exceptionum mole laborat, uberius refutari, quin deinde hoc labore me poſſe ſuperſedere credo apud eos, qui accentuum rationem omnem recte cognoverint.

CAPUT

CAPUT III.
DE DICHOTOMIA.

Tractatio Synthetica vel Analytica, §. 63.
Sectio ejusque terminus, 64.
Sectio ordinaria vel extraordinaria, atque illa vel neceſſaria vel libera ſ. arbitraria, 65.
Sectionum proportionem inveniendi methodus falſa, 66.
Methodus vera, quae procedit a toto ad partem, 67.
Dichotomia orationis, 68.
Diſtinctionis maximae definitio, 69.
Dichotomia continua, 70.
Hujus hypotheſeos hiſtoria, 71.
Theorema I. de partibus orationis B et A, 72.
Theorema II. de partibus CB et A, 73.
Theorema III. de partibus C et BA, 73.
Theorema IV. de parte A, quae partibus B et C vel pluribus ſeparatim determinatur, 74.
Theorema V. de parte C, quae partibus B et A ſeparatim determinatur, 75.
Theorema VI. de partibus a, b, c, quae ad ſeriem partium — CBAV a principio accedunt, 76.
Theorema VII. de partibus CBA, ubi B et A item C et B ſe mutuo determinant, 77.
Tranſitio ad Caput de Pronunciatione, 78.

§. 63.

Ad nexum et reſpectum partium orationis cognitum Sectio inſtituenda eſt, et contra datis ſectionum terminis ille nexus et reſpectus cognoſcitur. Tractatio prior eſt *Synthetica*, ubi ex orationis indole et manifeſto partium ejus reſpectu rationes ſectionum et regulae inveſtigantur, et collatione locorum textus Hebraici eorumque analogia confirmantur.

Tractatio poſterior eſt *Analytica*, ubi docetur, quomodo ex datis ſectionum terminis nexus et reſpectus partium orationis cognoſcatur. Tractationem Syntheticam primo loco ſuſcipiam, cujus in hoc Capite principia et fundamenta ponam, ubi de ſectione orationis generatim, deinde de Dichotomia ejus, ſimulque de Dichotomia continua dilucide et ſolide, quoad ejus fieri poteſt, commentabor.

§. 64.

Igitur primo *ſectio* eſt diſtinctionis intra partes orationis definitio. *Terminum* autem *ſectionis* dico illum locum intra partes orationis, ubi ſectio incidit. Partes orationis, ubicunque de tali agitur ſectione, intelligo homogeneas. (§. 4.)

§. 65.

Sectio eſt vel ordinaria, vel extraordinaria. *Sectio ordinaria* eſt, quam praeſcribit ratio communis nexus et reſpectus partium orationis. Atque haec eſt vel neceſſaria, vel libera ſ. arbitraria. *Sectio neceſſaria* eſt, quae nexu et reſpectu orationis ſatis determinatur, et unico modo inſtituenda eſt. *Sectio libera* eſt ſ. *arbitraria,* quae duobus aut pluribus modis fieri poteſt, non abſolute, ſed diverſo reſpectu. *Sectio extraordinaria* eſt, quae rationibus ſingularibus determinatur, et fit tranſpoſitione termini ſectionis ordinariae. In hoc quidem Capite de ſectione ordinaria agitur,

de extraordinaria autem poſtea ſuis in locis exponam.

§. 66.

Quando duae dantur orationis partes diſtinctae, terminus ſectionis manifeſtus eſt. Sed cum plures ponuntur, de pluribus ſectionibus cogitandum eſt, earumque proportio, quae minor majorve ſit, definienda. Hic vero *Waſmuthus* et plerique alii, qui fere de propoſitionum et periodorum nexu et diſtinctione nihil habent, ſed modo ſingula vocabula conſiderant, progrediuntur ab extremo ad principium, ab uno vocabulo ad alterum in una propoſitione, attendendo ad conſtructionem Grammaticam. Sic *Waſmuthus* Regula II. Membro II. p. 35—40. docet, quomodo in conſtructione Grammatica bis continuata mox duo priora, mox duo poſteriora vocabula ſint conjungenda. Quando ter continuantur immediate conſtructiones, ſemper prius adornandam eſſe ſciſcit ditionem illam trium vocabulorum. Tunc autem vocabulum quartum antecedens vel abſolutiorem ſenſum ſiſtere, adeoque diſtinctionem majorem requirere: vel non ſiſtere abſolutiorem ſenſum, et hic aut conjunctionem requirere, ſi tertium ab extremo vocabulum diſtinctionem ſortitur, aut diſtinctionem minorem requirere, ſi illud vocabulum tertium conjunctionem ſortitur. Vid. Membr. III. p. 41—48. Quotiescunque quater continuantur immediate conſtructiones, ſemper prius adornandas eſſe ditiones trium et qua-

quatuor vocabulorum, deinde conſiderandum eſſe quintum, an abſolutiorem ſenſum ſiſtat, nec ne, et tunc requirere vel diſtinctivum majorem vel conjunctionem. Vid. Membr. IV. p. 49. ſqq. Eadem methodo procedendum eſſe in conſtructionibus quinquies vel ſaepius continuatis. Praeterquam vero quod illae hypotheſes admodum infirmae et incertae ſunt, quia non docetur, ex quo indicio cognoſcatur, an vocabulum aliquod antecedens abſolutiorem ſenſum ſiſtat; ſunt etiam oppido falſae, quod poſt *Frankium* in Diacrit. S. §. 83—109. permultis exemplis, ſi operae pretium ſit, demonſtrari poteſt. Neque aliquem fore ſpondeo, qui his regulis diſtinctionum proportionem, quae major minorve ſit, ratione certa deſignare poſſit. Conf. §. 8.

§. 67.

Enimvero in hoc negotio non eſt progrediendum a parte ad partem, ſed a toto ad partem, id quod etiam in omni rerum naturalium diviſione obſervari ſolet. Atque hic non licet partem aliquam pro lubitu abſcindere, aut ratione tumultuaria membrum in partes ſecare; ſed requiritur, ut certa partium proportio obſervetur. Igitur primo diſtinctio maxima membri orationis eſt invenienda, ut inde ad ſectiones minores, ſi opus ſit, progrediaris. Atque haec viam pandunt ad principium Dichotomiae continuae, de quo nunc explicatius dicam.

§. 68.

Dichotomia eſt diſtinctionis maximae intra partes orationis definitio, ut illae in duo dimidia diſtribuantur, quae ſe mutuo determinant. Dichotomia eodem modo ac ſectio eſt vel ordinaria vel extraordinaria, atque illa vel neceſſaria vel libera ſ. arbitraria. Utar autem in poſterum non ſolum Dichotomiae, ſed etiam ſectionis vocabulo eodem ſenſu, cum ita feret occaſio, quia tantummodo ſectionis, quae fit in duas partes, ratio habetur.

§. 69.

Si duae orationis partes homogeneae, videl. periodi, propoſitiones vel conceptus dantur, maxima inter eas diſtinctio manifeſta eſt. Si vero tres apparent, quoniam inter eas nexus vel diſtinctio inaequalis ſupponitur, videndum eſt, an major diſtinctio poſt primam vel ſecundam incidat, ut Dichotomiae terminus inveniatur, ubi membrum in duo dimidia, quae ſe mutuo determinant, reſolvitur, quorum alterum, quod duas partes complectitur, ſectione ſecunda in earum confinio in duo dimidia minora abit.

§. 70.

Denique ſi quatuor pluresve partes homogeneae exiſtunt, et maxima inter eas diſtinctio inventa eſt, ut dimidia duo appareant, quae ſe mutuo determinant: Dichotomia methodo certa et aequabili continuanda eſt, donec

nec totum orationis membrum in ſuas partes reſolutum, et earum quoad diſtinctionem proportio inventa ſit. Nam *Dichotomia continua* eam habet rationem, ut dimidium prius aut poſterius, quod prima ſectione definitum eſt, ſectione ſecunda, reſpiciendo ad maximam partium diſtinctionem, iterum in duo dimidia dividatur, atque horum alterum denuo in duo minora dimidia, et ſic deinceps, donec poſt partem penultimam vel antepenultimam ſectio deſinat. Sic dimidia proportione Geometrica dimidiata decreſcunt, atque etiam eorum reſpectus Geometriae ſubſidio declarari et intelligi poteſt. Quodſi horum dimidiorum unum vel alterum ex partibus pluribus homogeneis conſtat, illae Dichotomia repetita eodem modo in dimidia diverſorum ordinum diſtribuuntur, et hoc negotium continuandum eſt, usque dum ad vocabula ſingula perveneris.

§. 71.

Atque haec eſt Dichotomiae continuae hypotheſis, qua oratio in periodos, periodus in membra vel propoſitiones, propoſitio in conceptus, et conceptus compoſitus in ſuos terminos vel conceptus ſimplices accentibus diſtingui ſupponitur, ſimulque partium homogenearum nexus et reſpectus cognoſci poteſt. Hanc hypotheſin primus, quod ſciam, invenit *Clamerus Florinus,* qui Doctrinam de accentuatione divina pro ſenſus inciſivi in Scriptura S. V. T. certitudine cum Tabulis edidit Sulzbaci 1667. 8. Eadem uſus eſt Georg. Sam. *Doerfelius*

lius in Tirocinio accentuationis, Plaviae Variſcorum 1670. 4. edito. Inprimis autem hanc hypotheſin poſt annos XL. exornavit, et ad explicandas diſtinctionis et accentuum rationes adhibuit Io. *Frankius* in Diacritica S. et libris aliis, quem poſtea nonnulli alii, ſed impari paſſu, ſecuti ſunt. Illius viri ego veſtigiis inſiſtens hanc Dichotomiae continuae hypotheſin, quae mihi ſemper conſentanea rationi viſa eſt, diligentius excolere et expolire, omnemque textus Hebraici analyſin, quae ad normam accentuum fieri debet, ipſamque accentuum conſecutionem et ejus rationes ex ea tanquam ex principio deducere in animum meum induxi. Omnem vero Dichotomiae ordinariae rationem modumque, quo termini ſectionum intra partes orationis homogeneas definiendi ſint, vel ex datis ſectionum terminis nexus et reſpectus partium orationis cognoſci, adeoque ejus ſenſus accurate intelligi debeat, ſeptem Theorematibus comprehendi, quae poſtea uberius demonſtrantur et explicantur.

§. 72.

Theorema I. *Sint partes orationis* BA, *quarum nexus et reſpectus eſſe intelligitur, manifeſtum cuique eſt, ordinarium ſectionis terminum in earum confinio incidere.*

Ita ſectione ſeparantur duae periodi vel duo periodi membra, duae propoſitiones vel duo unius membra, duo conceptus compoſiti termini vel duo conceptus ſimplices.

§. 73.

§. 73.

Theorema II. *Si fuerint partes orationis* CBA *vel etiam plures* — EDCBA, *quarum prima* A *partibus reliquis conjunctis determinatur, vel eas determinat, ſectio maxima poſt* A *ſtatuenda eſt.*

Theorema III. *Si fuerint partes orationis* CBA, *vel etiam plures* M — CBA, *quarum ultima* C *vel* M *partibus reliquis conjunctis determinatur, vel eas determinat, ſectio maxima ante ultimam* C *vel* M *deſignanda eſt.*

Haec Theoremata per ſe intelligi poſſunt, ubi membrum determinans et determinandum veluti duo dimidia merito ſectione maxima disjunguntur. Sectio autem, quae his Theorematibus definitur, prima appellari poteſt. Quando enim dimidium alterum vel utrumque ex partibus pluribus conſtat, ſectio ſemel iterumque repetenda eſt, donec in partibus ſingulis deſinat.

§. 74.

Theorema IV. *Si dentur partes orationis* CBA, *quarum prima* A *partibus* B *et* C *ſeparatim determinatur, dico, ſectionem primam et maximam poſt* B, *et alteram ſ. minorem poſt* A *incidere.*

Nam determinationis, quae duabus partibus ſeparatim fieri dicitur, ea eſt ratio, ut hae ipſae partes non ſint inter ſe connexae, neque una alteram determinet, ſed utraque pro ſe ad priorem reſpiciat. Igitur B et C non

non poſſunt eſſe duo dimidia, quae conjuncta ceu dimidium majus cum parte A ut altero dimidio totum orationis membrum efficiant, ideoque etiam ſectionis terminus non poſt A incidet. Ergo incidet poſt B, et quidem merito. Nam A et B, quia unum altero determinari ſupponitur, ſunt inter ſe connexa ceu duo dimidia, et reſpiciunt conjuncta, velut dimidium majus, ad C ut alterum dimidium. Igitur viciſſim C revera non ad ſolam partem A, ſed conjunctam cum parte B reſpicit, et eam magis determinat, quatenus illa parte B jam aliquo modo determinata eſt. Eadem eſſe diſtinctionis ratio intelligitur, ſi partes plures ponuntur, quae primam A ſeparatim determinant. Accedat pars D, quae non partem C aut B, ſed partem A determinare ſupponitur, quatenus haec partibus B et C jam ſeparatim determinata eſt. Igitur poſt C ſectio incidit, eaque non minor, ſed major ſectione poſt B, quia partes CBA ſunt inter ſe conjunctae, et efficiunt dimidium, quod ad D ut alterum dimidium reſpicit.

§. 75.

Theorema V. *Si dentur partes orationis* CBA, *quarum ultima* C *partibus* B *et* A *ſeparatim determinatur, dico, ſectionem primam et maximam poſt* A, *et alteram ſ. minorem poſt* B *incidere.*

Eſt hoc ipſum Theorema quartum, ſed inverſum, et eodem modo demonſtratur. Intelli-

telligitur enim A revera non ad ſolam partem C, ſed conjunctam cum parte B reſpicere, et eam magis determinare, quatenus illa parte B jam aliquo modo determinata eſt. Et quoniam partium orationis numerus quivis dari poteſt, quae primam vel ultimam ſeparatim determinant, ex illis duobus Theorematibus Canon hic generalis deducitur: *Quo longius diſtat pars ſeparatim determinans a determinanda, eo majori ſectione diſtinguitur.*

Ceterum horum duorum Theorematum uſus eſt in conceptu compoſito, cujus terminus primus reliquis ſeparatim determinatur, (§. 15.) item in propoſitione, in cujus principio aut extremo Verbum finitum collocatum eſt, quod conceptibus reliquis ſeparatim determinatur, denique in periodo vel ejus membro, ubi membrum extremum vel propoſitio extrema reliquis ſeparatim determinatur.

§. 76.

Theorema VI. *Si fuerint partes orationis* CBAVabc, *hujus quidem indolis, ut* V *ſit determinanda, ad quam partes* CBA *ut ſeparatim determinantes reſpiciunt, deturque reſpectus partis* a: *dico, partem* a *diſtinguendam eſſe ſectione uno gradu minori ea ſectione, ad cujus usque terminum reſpicit, et reſpectum partium priorum* b *et* c *eſſe eundem, easque eo majori ſectione diſtingui, quo longius a parte* a *remotae ſunt.*

Coaleſcant hic duae ſeries partium orationis ex Theorem. W et V. diſtinguendae.

Perficiatur primo Dichotomia ſeriei partium poſterioris CBAV, ex Theor. IV. Iam reſpectus partis *a* eſt varius et arbitrarius, quae ponitur reſpicere usque ad terminum ſectionis ultimae, vel penultimae, vel antepenultimae — adeoque illa pars *a* ceu dimidium prius ad V vel ad A+V, vel ad B+A+V, vel ad C+B+A+V, velut dimidium alterum ſpectabit. Et apparet ex eo, partem *a* diſtinguendam eſſe ſectione uno gradu minori ea ſectione, ad cujus usque terminum reſpicit. Nunc comprehendamus illam partem ſeriei poſterioris, ad quam *a* reſpicere ponitur; notione generali, eamque dicamus M: et erit ſeriei prioris, quae cum poſteriori coaleſcit, hoc ſymbolum, Mabc. Iam quia ſupponitur, partes *abc* ad M ſeparatim reſpicere determinandum, certum eſt ex Theorem. V. illas partes eo majori ſectione diſtingui, quo longius a parte *a* remotae ſunt. Igitur cognito ſectionis gradu, qui parti *a* in loco quolibet aſſignandus eſt, etiam cognoſcitur ſectionum quantitas, quibus *b* et *c* ſunt diſtinguendae.

Hujus Theorematis uſus eſt in propoſitione, ubi Verbum finitum, quod conceptibus aliquot poſterioribus ſeparatim determinatur, conceptus unus vel plures diverſi antecedunt: item in periodo vel ejus membro, ubi ante propoſitionum ſeriem, quarum prima per reliquas ſeparatim determinatur, una atque altera propoſitio diverſa accedit.

§. 77.

Theorema VII. *Sint partes orationis* CBA, *quarum prima* A *et* B, *item* B *et* C *ſe mutuo determinent, et erit ſectio libera et arbitraria, eaque ſtatuitur ad eam partem, quae ex conſilio auctoris ſacri ſecundo loco accedere ſupponitur.*

Nam ſi partes B et C, quae ſe mutuo determinant, amplius determinare cogitentur partem A, vel ea determinari, ſectio poſt A ex Theorem. II. incidit. Si vero partes A et B ſe mutuo determinare, et illae partem C deinde determinare vel ea determinari ſupponuntur, ſectio ante C ex Theorem. III. ſtatuitur.

Si dentur partes DCBA ejusdem indolis, ut vicinae ſe mutuo determinent, eodem modo intelligitur, ſectionem primam ex mente auctoris ſacri eſſe vel poſt A ex Theorem. II. vel poſt C ex Theorem. III. vel inter B et C ex Theorem. I. et deinde ſectionem ſecundam partium DCB vel CBA ex hoc Theorem. VII. deſignari.

§. 78.

Atque his legibus omnis fere ordinariae ſectionis et conſecutionis accentuum ratio, quam in Codice S. Hebraico conſpicimus, continetur, id quod in hoc libro, qua poſſum diligentia, oſtendere pergam. Quoniam vero, quod etiam ex Theoremate VI. et VII. intelligitur, quamvis partium orationis conſtructio et connexio eadem ſit, ſaepiſſime tamen diverſa ratione diſtinguuntur et accentibus notantur;

tantur;

tantur; praeter hanc Dichotomiae continuae hypotheſin alia, videlicet pronunciationis et euphoniae, aſſumenda eſt, quae illi ſubſidio veniat ad rationem ſectionis arbitrariae in hoc vel illo loco determinandam, quaeque nonnunquam Dichotomiae leges certis limitibus circumſcribere obſervatur. Igitur nunc de pronunciatione accuratiorem et uberiorem tractationem adgrediar, quae ab aliis vel prorſus immerito neglecta, vel modo ſiniſtro ſuſcepta eſt. Nam ſciendum eſt, quomodo pronunciatio ſenſui et affectui orationis, adeoque et accentibus congruere debeat, et quomodo viciſſim ad pronunciationis rationem ſive orationis affectum et euphoniam ſaepenumero ſectio et per accentus diſtinctio dirigenda ſit.

CAPUT IV.
DE PRONUNCIATIONE.

Pronunciatio et recitatio quid ſit, §. 79.

Virtutes rectae pronunciationis, 80.

1.) De pronunciatione diſtincta, et officio accentuum oratorio vel diacritico, 81.

Ad hanc requiritur, 1.) ut pauſae et intervalla rite teneantur, 82.

2.) ut vocis et ſoni elevatio et depreſſio juſta obſervetur, 83.

ubi de uſu accentuum Muſico, 84-86.

3.) ut propoſitiones earumque membra cum tono congruo efferantur, 87.

Tonus propoſitionis varius et multiplex, 88.

qui

qui vel emphaſin deſignat, 89.
vel ſectionem arbitrariam determinat, 90.
II. De pronunciatione ſuavi et jucunda, 91.
ad quam requiritur 1.) ut ſit aequabilis, nec celeritate nimia aut nimia tarditate diſpliceat, 92.
2.) ne toni vocabulorum concurrant, 93.
3.) ut a principio ad finem celeritas pronunciationis paulatim inhibeatur, et mora gradatim augeatur, 94.
4.) ne membra nimis inaequalia fiant, 95.
5.) ut in fine membrorum et ſententiarum oratio numeroſe cadat, 96.
ubi de vocabulis laborantibus, 97.
III. De pronunciatione facili, 98.
Pronunciatio emphatica, 99. et pathetica, 100.

§. 79.

Pronunciatio eſt vel ſingularum vocum, ſyllabarum et literarum, vel orationis conſtructae, quae ex pluribus vocibus juncta eſt, ut periodorum, membrorum periodi, propoſitionum et conceptuum. Illa ad Grammaticam pertinet diſciplinam, in qua illius leges, virtutes et vitia eorumque medela inculcantur. Haec autem ad meum propoſitum proprie ſpectat, cujus rationem praecipue mihi exponendam ſumo. Quae autem de pronunciatione generatim et univerſe praecipientur, ſpectant etiam ad recitationem, ſeu lectionem, quae clara voce inſtituitur, et ſigillatim ad lectionem Codicis Hebraici antiquam. Libros enim Legis Moſaicae fuiſſe populo praelegendos conſtat, et credibile eſt, etiam reliquos

V. T. libros, inprimis propheticos in publica concione ſtatis diebus jam ante exilium Babylonicum fuiſſe populo praelectos, cujus quidem rei indicia occurrunt Jerem. XXXVI. Recitationem autem ſermonum, quibus viri ſancti antea uſi erant, ad horum pronunciationem fuiſſe dirigendam, eſt manifeſtum, ut ſenſus et affectus eorum integer repraeſentaretur.

§. 80.

Pronunciationem rectam et legitimam his virtutibus conſtare exiſtimo, ut ſit *diſtincta*, h. e. ad ſenſum et affectum orationis accurate ſatis indicandum comparata: ut ſit *ſuavis et jucunda*, h. e. auditorum aures voluptate demulceat: ut denique ſit *facilis*, h. e. ad organa loquendi accommodata, neque eorum vitiis impedita.

§. 81.

Pronunciatio diſtincta orationis conſtructae, de qua primo dicendum eſt, in eo conſiſtit, ut, quae in ſcriptura copulantur, vel magis minusve diſtinguuntur, vel emphaſi et reſpectu ſingulari gaudent, eodem modo vocis conformatione exprimantur. Et ſicut accentuum ſignis in Codice Hebraico nexus et reſpectus partium orationis, nec non illius affectus accuratiſſime omnium deſignatur: ita etiam ſunt illa ad pronunciationem diſtinctam dirigendam ſubſidium certiſſimum. Hoc poſt alios officium accentuum *Oratorium* vocare placet, ſicut illud *Logicum* vel *Diacriticum* appellatur. De officio accen-

accentuum oratorio vel muſico, quale olim fuerit, tum Judaeorum, tum ex Chriſtianis philologorum diverſae opiniones exſtiterunt, cum alii accentibus melodiam canendi textus ſacros, vel ſaltem in metricis, alii modulationis rationem in pronunciando deſignari crederent. Horum plerique merito hoc et alterum illud officium Diacriticum conjungunt, aequam utriusque rationem habendam eſſe dictitantes.

§. 82.

Ad pronunciationem diſtinctam requiritur I.) *ut pauſae et intervalla rite teneantur.* Si quis enim orationem uno ſpiritu, ſine omni pauſa, vel cum intervallis aequalibus pronunciare velit, non ſolum ejus ſenſum confundet et obſcurabit, ſed etiam pectori et pulmonibus vim inferet, atque aures laedet auditorum. Contra ea ipſa natura loquendi pauſas in oratione et intervalla inaequalia obſervare docuit, ut ſenſus et affectus orationis per ſua membra variis modis conſtructae vel diſtinctae pateſcat, utque etiam viribus et animae in pronunciando conſulatur, et ipſa oratio auditu jucunda ſit. Igitur eſt rationi conſentaneum, ut aliqua mora conceptibus ſingulis, major propoſitionibus aut periodi membris, et maxima periodis interponatur. Pauſae et intervalla ſignis interpunctionis in linguis hodiernis, et perfectiſſime omnium accentibus Hebraeorum deſignantur. Nam ſicut illi poteſtatis gradu differunt, et ad connexionem aut diſtinctionem mino-

minorem vel continuo majorem denotandam poſiti ſunt: ita etiam pauſarum et intervallorum dimenſio et proportio ad eos exigenda eſt, ut, quo major accentus occurrit, eo major in pronunciando mora obſervetur.

§. 83.

Ad pronunciationem diſtinctam II.) requiritur, *ut vocis atque ſoni elevatio et depreſſio juſta obſervetur.* Nam uſu et conſuetudine communi receptum eſt, ut in pronunciatione vocis perpetua variatio dicentem adjuvet, atque aures oblectet. Attamen hic omne, quod nimium et ingratum eſt, ſtudioſe vitari oportet, ne vocis mutatio juſto ſaepius, vel abrupte et majoribus ſonorum intervallis, vel aequabili modo per ſingula membra accidat, ſed modulatio pedetentim et gradatim, ſimulque moderate ab uno ſono ad alterum vel adſcendat vel deſcendat. In ſermone quidem familiari fere ſumme moderata vocis et ſoni elevatio vel depreſſio locum habet, niſi ex affectu quodam vehementiori proficiſcatur. Veterum autem recitationes publicae atque orationes fiebant cum ſenſibili vocis elevatione et depreſſione, ſonique magna varietate. Et quoniam eorum in hac arte dexteritas ſumma fuit, eos lubenter duces ſequeremur, ſi modo plura in hoc genere doctrinae et luculentiora ab his conſignata literis ad noſtram aetatem perveniſſent. Neque etiam recentiores adhuc accurate determinare potuerunt, quibus

bus ſonis membra ſingula orationis, vel partes ejus minores efferri debeant, cum ſane nihil certi, quod omnium ſuffragiis comprobetur, poni poſſe videatur, quia diverſa multorum de hoc pulchritudinis genere judicia feruntur, atque etiam diverſitas gentis, aetatis, ſexus, temperamentorum et affectuum varietatem ſonorum diverſam in pronunciatione unius ejusdemque orationis producit.

§. 84.

Nunc etiam dicendum eſt, quomodo accentus Hebraeorum vocis atque ſoni elevationem et depreſſionem olim direxerint. Atque hic plerique accentuum cuique ſonum peculiarem tribuerunt. Quorum nonnulli aſſeruerunt, textum ſacrum ad accentus, ceu notas Muſicas, eodem prorſus modo, ac hodie in Synagogis Judaeorum fieri ſolet, antiquis temporibus decantatum fuiſſe. Exhibet ejusmodi ſcalam Muſicam *Reuchlinus* in Opere de accentibus, ubi cuivis accentui non tam unus ſonus, quam potius plurium ſonorum melodia attribuitur. Aliam ſcalam ob oculos habuit *Schickardus*, qui in Grammatica, Regula 154, nonnullorum accentuum melodias ſ. modos ab illis diverſos produxit. Extat etiam ſcala Muſica, quam, quia a Sarka incipit, Sarka vocant, ex Hiſpano quodam ſcriptore repetita in Jablonskii Praefatione ad Codicem Hebraicum. Ita *Elias Levita* in libro de accentibus, *Reuchlinus* l. c. p. 71, et *Munſterus* in libello de accentibus

hunc Judaeorum modernorum cantum reverâ inconditum magnis laudibus extulerunt, et imaginem in eo antiquae modulationis conſpicere ſibi viſi ſunt. Taceo alios, qui obſcurius hanc ſententiam produnt, et ſolum addo Mich. *Beckium,* qui in Diſſ. de accentuum uſu et abuſu Muſico-Hermenevtico, Sect. I. §. 1. 2. docet, accentibus deſignari non quidem Muſicam illam antiquam, ſed cantillationem in Synagogis, quam juſto antiquiorem facit, et ab Eſrae temporibus deducit.

§. 85.

Alii quidem non intelligunt cantum ad accentus Muſicum, qualis hodie in Judaeorum Synagogis viget, ſtatuunt vero cantum Rhetoricum ſ. Muſicum ſenſu latiori, cui moderando accentus inſervierint, cum ſane pronunciatio veterum Hebraeorum propius ad cantum acceſſiſſe, vel cantus eorum non multum a pronunciatione diverſus fuiſſe videatur. Atque hi vel aperte accentibus ſingulis tribuunt ſuos ſonos, vel, quod non ſatis clare mentem ſuam explicant, ex reliquis ſuis hypotheſibus tribuere creduntur. Notanda ſunt primo loca Talmudica a J. G. *Abichtio* in Doctrina accentuum Cap. I. §. 2. 3. 5. commendata, et Judaeorum teſtimonia, quae exſcripſit *Buxtorfius* in Tractatu de punctorum antiquit. p. 245—255. Deinde huic opinioni favent *Buxtorfius* P. in Theſ. Gramm. p. 600. Jo. *Friſchmuthus* in Diſſ. ad Dan. IX. 25. Cap. III. §. 14. Herm.

Tarno-

Tarnovius in Diſſ. de RhythmoHebraeo-Biblico, Sect. II. §. 7. et recentiores alii. Maxime omnium J. G. *Abichtius* hanc ſententiam ſtabilire et exornare adgreſſus eſt, dum accentus Hebraeorum ex antiquiſſimo uſu lectorio vel muſico explicatos libro ſingulari exhibuit.

§. 86.

Sed rectius alii meo judicio pernegarunt accentibus ſingulis peculiarem ſonum eſſe tribuendum, ut Sam. *Bohlius*, Jo. *Buxtorfius* F. l. c. p. 244. *Wasmuthus* in Vindiciis S. S. p. 325. ſqq. Aug. *Pfeifferus* in Dubiis Vexatis S. S. p. 544. Harmonia enim ſonorum in compoſitione Muſica longe alio fundamento nititur, quam accentuum diſpoſitio et conſecutio, quae non jucundam ſemper modulationis harmoniam, ſed ſaepius diſcordiam ſonorum faſtidioſam effeciſſet. Deinde eadem accentuum conſecutio reperitur in hymnis et deprecationibus, in Pſalmis jubilis et querulis, verbo, in pericopis, quae maxime diverſis melodiis erant cantandae. Quamvis etiam concedi poſſit, Pſalmos et alia cantica ſacra ad certam melodiam decantata fuiſſe: non tamen ſtatuendum eſt, hanc melodiam praebuiſſe accentus. Credi autem par eſt, hujusmodi melodias, quarum uſus apud veteres Hebraeos viguit, et quarum memoria poſt caſum reipublicae interiit, ſicut etiam modulationes aliarum pericoparum, cum certa et notabili vocis atque ſoni elevatione et depreſſione, more apud eos in omni pronuncia-

 tione

tjone recepto, conjunctas, ad membrorum et ſententiarum diſtinctionem, item ad ſenſum et affectum orationis, quae omnia accentibus indicabantur, fuiſſe conformatas. Atque ſic intelligendum eſt, quando etiam hodie apud nos accentus vocis et ſoni elevationem vel depreſſionem dirigere dicuntur.

§. 87.

Ad pronunciationem diſtinctam III) requiritur, *ut propoſitiones earumque membra cum tono congruo efferantur.* Nam ſicut in pronunciatione vocabulorum ad unam aliquam ſyllabam ſonus vocis magis quam ad reliquas intendi ſolet: ita etiam ad unum atque alterum conceptum in propoſitione idem obſervandum eſt, ut pronunciatio diſtincta ſit et ſuavis, cum e contrario et orationis perſpicuitati et auribus adverſum ſit, ſi omnes propoſitionis conceptus eodem tenore efferantur. Ideoque notari oportet membri cujusque tonum, *qui eſt intenſior vocis impetus ad unum atque alterum conceptum, pondus addens verbis et ſententiis.* Atque haec hypotheſis, quam nonnulli, ut *Quinctilianus* L. XI. C. 3. p. m. 678. ſqu. *Reuchlinus* l. c. p. 72. a). Elias *Schnegaſſius* Tab. III. lit. λ). *Conrartus* de Actione Oratoria Cap. XI. §. 12. *Chryſander* in Exercit. de repraeſentatione actionis, p. 29. ſqu. 55. ſqq. paucis attigerunt, magni eſt momenti, ejusque uſus inſignis paſſim a me in hoc libro oſtenditur. In ſcriptis quidem aliis omnibus, atque etiam in

textu

textu Graeco N. T. nonniſi ex propoſitionis ſenſu et connexione cum vicinis aliis propoſitionibus, non quidem certa, ſed modo probabili ratione colligi poteſt, in quo conceptu tonus propoſitionis ex mente auctoris ſit ſtatuendus, ubi cavendum omnino eſt, ne hypotheſi et imaginationi noſtrae nimium indulgeamus. At interpunctio authentica textus Hebraici V. T. criteria certiſſima praebet, ex quibus tantum non ſemper toni ſedes in propoſitione cognoſci poſſit.

§. 88.

Tonus propoſitionis eſt in eo conceptu, qui ratione ſenſus eſt praecipuus, atque ideo plerumque in ultimo vocabulo reſidet, nonnunquam tamen et extra ordinem in penultimo intenditur, ad deſignandam aliquam reſpectus dignitatem. Praeter tonum praecipuum totius propoſitionis, unus atque alter conceptuum priorum cum tono eſſe accentibus ſignificatur, qui quidem toni non ſunt ejusdem dignitatis, ſed ſicut ipſi accentus ſibi invicem quaſi ſubjecti. Inprimis cum plures conceptuum ſeries in propoſitione occurrunt, ſingulae ſuo tono ſunt inſtructae, qui vel in ultimo cujusque, vel in penultimo vocabulo intenditur. Ad accuratam vero pronunciationem requiritur, ut hos tonos diverſae dignitatis recte et diſtincte exprimere ſciamus.

§. 89.

Jam quando in primo vel medio aliquo conceptu propoſitionis accentus major apparet, quam qui ex legibus conſecutionis accentuum ſcribendus erat, non mutata quidem ſectionum proportione, quam Dichotomia requirit, tum deſignatur in eo emphaſis, quae etiam tono eſt exprimenda. Haec emphaſis gradu diverſa eſt, et nonnunquam exigua, cum ſolummodo reſpectum ad ea, quae in ſuperioribus dicta ſunt, vel conceptuum aut membrorum *εναντιωσιν* involvat, ut quando Gen. II. 10. וּמִשָּׁם, Levit. XXIV. 14. הַמְקַלֵּל, XXV. 21. לָכֶם, Num. III. 9. הַלְוִיִּם, v. 21. הֵם, XI. 7. וְהַמָּן, cum tono efferendum eſſe accentu majori ſignificatur.

§. 90.

Deinde ſectio libera et arbitraria (§. 65.) ſede toni determinatur, ubi ſaepius etiam de emphaſi aut reſpectu ad ſuperiora cogitandum eſt. Sic

1) in propoſitionibus, quae ad Theorema VI. §. 76. pertinent, conceptus a minori vel majori accentu diſtingui ſolet, quo toni diverſa ratio et ſedes indicatur, qui vel in conceptu a, et nonnunquam cum emphaſi, vel in Verbo intenditur.

2) Quando termini conceptus compoſiti, maxime cum ſunt homogenei, mox conjuncti uno conceptu, mox ſeparatim ut conceptus diverſi ex Theorem. IV. §. 74. ad Verbum finitum

tum referuntur, et diſtincte conſiderandi exhibentur, tum in locis formae poſterioris terminus prior tonum ſibi vindicat, v. g. Gen. V. 4. בנים, VI. 21. לך, XIV. 13. באלני, XXVI. 34. יהודית, XXVII. 34. צעקה, Levit. VI. 2. תורת.

3) In ipſo conceptu compoſito, quando ad terminum primum reliqui ſeparatim referuntur, (§. 15.) terminus horum prior cum tono efferendus eſt, ut Gen. IV. 20. אהל, XXI. 33. יהוה, XXIV. 3. אלהי השמים, Exod. XXXIV. 6. רחום.

4) Quando termini conceptus compoſiti, CBA, ex Theorem. VII. §. 77. libere vel poſt A, vel poſt B diſtinguuntur, hoc etiam tono indicatur, qui vel in A vel in B intenditur. Prioris generis exempla ſunt: Gen. II. 5. וכל, III. 8. בתוך, XVII. 4. לאב, Joſ. X, 16. חמש; Poſterioris: Gen. I. 16. המארת, Lev. XVIII. 26. התועבת, XVI. 21. השעיר, Devt. XIV. 7. הפרסה.

§. 91.

Secunda pronunciationis rectae virtus eſt, ut ſit *ſuavis et jucunda*, et auditorum aures voluptate afficiat. Haec ſuavitas eſt vel vocis, vel verborum tum ſingulorum tum vinctorum in oratione conſtructa. Nos hic ſuavitatem orationis conſtructae maxime ſpectamus, cujus etiam veteres Hebraei ſtudioſiſſimi fuerunt, unde in omni ſermone Codicis Hebraici, et inprimis in orationibus et pericopis propheticis et poëticis euphonia dominatur. Ibi enim

 coagmen-

coagmentatio non ſolum verborum, ſed etiam membrorum et periodorum talis obſervatur, ut aures, ſi recitatio recta fiat, grata voluptate afficiantur: ita ut etiam de textu Hebraico praedicari poſſint, quae veteres de numero oratorio et concinnitate numeroſa tradiderunt. Igitur ſicut accentus pronunciationem diſtinctam dirigebant: ita viciſſim euphoniae legibus membrorum diſtinctio et accentuum conſecutio certis limitibus circumſcripta eſt, quod vulgo *Dictamen Euphonicum* appellatur. Nam ratio diſtinctionis partium orationis, quando Dichotomiae legibus non contineri, vel plane iisdem adverſari videtur, item ratio accentuum, ut quando ex duobus accentibus ejusdem dignitatis unus alterue ſcribitur, vel accentus transponuntur, vel accentus ſingulares et rariores occurrunt, non in ſenſu et affectu orationis, ſed in veteri pronunciatione ejusque euphonia eſt quaerenda. Quanquam autem veteris illius pronunciationis rationem maxima ex parte ignoramus, ex eaque omnem accentuum variationem in loco quocunque declarare non poſſumus, quod etiam non neceſſe eſt, ſi modo eorum valorem et poteſtatem ſciamus: attamen ſunt nonnullae leges et regulae primae et communes, quibus pronunciationis euphonia dirigitur, et quae etiam in veterum Hebraeorum pronunciatione erant obſervandae. Igitur nunc aliquot hujusmodi leges explicabo, et, quomodo ex illis ratio ſectionis et accentuum ſaepius reddenda ſit, paucis oſtendam.

§. 92.

§. 92.

Nam pronunciationis ſuavitas I. requirit, *ut illa ſit aequabilis, nec celeritate nimia, nec nimia tarditate diſpliceat*, quae duo extrema ſummo ſtudio ſunt evitanda. Conf. *Quinctilianus* L. XI. C. III. p. 679. ſq. et *Seneca* in Epiſt. XL. Ad aequabilem autem pronunciationem obtinendam in nulla alia lingua tam certa ſubſidia quam in Hebraica reperiuntur. Nam accentuum ſyſtema in quolibet Paſuco ita comparatum eſt, ut membra ſingulorum accentus poteſtate et mora gradatim creſcant vel deficiant. Longae brevesque periodi artificioſe miſcentur. Si vero plures periodi longiores vel breviores ſe continuo excipiunt, emphaſis aut πα϶ος in cauſa eſt. Atque hic periodi longiores per duos vel plures Paſucos diſtrahuntur, et breviores duae pluresve nonnunquam uno Paſuco comprehenduntur, ne pronunciatio juſto celerior vel tardior exiſtat.

§. 93.

Pronunciationis ſuavitas II. cavere jubet, *ne toni vocabulorum, quae arctiori nexu conjuncta ſunt, concurrant.* Haec tonorum colliſio in Codice Hebraico ſummo ſtudio evitatur, non quidem vocum coagmentatione et conſecutione, ut quae nimis arctis legibus adſtricta eſt, ſed aliis ſubſidiis, quae ad hanc rem inventa ſunt. Nam vel Pſik interponitur, quod curſum orationis inter hujusmodi vocabula decore retinet: vel linea Makkeph adhibetur, quae

duo aut plura vocabula in unum compingit, et tonum a prioribus aufert: vel tonus prioris vocabuli retrahitur. Quae momenta in Capite V. accuratius perſequar.

§. 94.

Pronunciationis ſuavitas III. requirit, *ut in membro aliquo orationis a principio ad finem celeritas pronunciationis paulatim inhibeatur, et mora gradatim augeatur, donec in fine decore conſiſtat.* Sicut enim flumina a parvis initiis paulatim augentur, et progreſſu vires ſumunt, ut ſic latius majori cum impetu et ſtrepitu ferantur, quo longius ab origine proceſſerint: ita naturae orationis congruit, ut leniter incipiat, vocis contentione creſcat, et cum gravitate concludatur. Huic rei accommodatum eſt ipſum accentuum ſyſtema eorumque conſecutio, quandoquidem in extremo periodorum accentus majores dominantur, et minores verſus initium apparent, ſicut etiam Dichotomiae continuae ratio, quae a ſiniſtra ad dextram procedit, hanc ſectionum et morarum proportionem oſtendit. Ex hac euphoniae lege ratio reddenda eſt: 1) quando in loco Atnachi ordinario Segolta ſcriptus eſt, Atnachus autem in terminum ſectionis primae hemiſtichii poſterioris transponitur, ne hoc nimia longitudine laboret: 2) quando plures cumulantur in Paſuco vel ejus membro propoſitiones homogeneae, aut quando tres pluresve conceptus homogenei diſtinguendi ſunt; ubi plerumque ſectio-

ſectionum quantitas a principio ad finem creſcere obſervatur: 3) quando duo vel plura membra, quae nexu conceptuum et conſtructione vocabulorum ſimilia ſunt, vel mutua relatione conjuncta, ita diſtingui ſolent, ut conceptus membri prioris minoribus accentibus diſcernantur, quam poſterioris, quod ſaepius cum aliqua emphaſi conjunctum eſt.

§. 95.

Pronunciationis ſuavitas IV. caveri jubet, *ne membra nimis inaequalia fiant*, cujus rei ratio cuivis ſua ſponte pateſcit. Nam quando legibus Dichotomiae duo membra deſignantur, quae ſua magnitudine nimium quantum differunt, orationis euphoniae adverſum eſſe videbatur, ſi mora maxima diſcernerentur, ut membrum unum brevius cum gravitate, alterum autem longius nimia celeritate efferendum eſſet. Atque hic legum Dichotomiae rigor pronunciationis ſuavitati cedit, ut, ſectione maxima non in membrorum confinio, ſed intra membrum longius conſtituta, membra ad aequalitatem quandam redigantur. Hinc *periodi, propoſitiones et conceptus termini coaleſcentes* oriuntur. Hic vero non eſt metuenda aut objicienda membrorum confuſio. Nam cujusque generis membrorum diſtinctio, quam ſua natura requirunt, ſalva manet, atque etiam in Verſionibus et Commentariis retinetur, ut ſint revera duae periodi vel propoſitiones, vel duo conceptus termini, quamvis accentibus coaleſcant.

§. 96.

§. 96.

Pronunciationis ſuavitas V. requirit, *ut in fine membrorum et ſententiarum oratio numeroſe cadat.* Summum hujus numeri ſtudium apud oratores veteres Graecos et Romanos celebratur, quem in toto verborum ambitu, magis in principio, et maxime omnium in clauſulis membrorum obſervarunt. Neque etiam erravero, ſi orationem Codicis Hebraici vinctam numeris et eleganter variatam dixero, ut in recitationibus publicis verborum ſoni et impreſſiones voluptate aures afficerent, et ipſi ſermoni divinitus revelato ſua dignitas conſtaret. Ita etiam hoc variis modis effectum eſt, ut in fine membrorum et ſententiarum oratio numeroſe caderet, et cum gravitate quadam finiretur; dum nonſolum vocales mutantur, et tonus transponitur, quod in Grammatica docetur, ſed etiam accentus majores poſiti reperiuntur. Nam ſicut praeclara eſt aequabilitas in rebus omnibus; ita etiam orationis euphonia requirit, ut elegans obſervetur accentuum proportio, neque ad vocabulum cum accentu majori, quod cum gravitate efferendum eſt, vocabulum prius curſu vocis praecipiti feratur, ſed productione ſoni et mora aliqua interpoſita ultimo vocabulo ſe accommodet, atque clauſulam reddat efficaciorem. Hinc eſt, quod in ditione duorum vocabulorum accentus majores pro ſervo ſubdiſtinctivum minorem requirunt, quamvis vocabula arctiori nexu cohae-

reant,

reant, et emphaſi careant, quo nihil aliud indicatur, quam duo ejusmodi vocabula articulate et cum quadam gravitate pronunciari debuiſſe.

§. 97.

Hic videtur eſſe locus, ut pauca de hypotheſi *vocabulorum laborantium*, ſ. quae non habent ante tonum ſyllabam, vel non plures una, adjiciam, quam hypotheſin non repudiandam eſſe judico, quoniam ex ea conditiones et rationes petuntur, et inductione exemplorum confirmantur, quibus nonnulli accentus ejusdem poteſtatis permutari ſolent. Nam rei hujus ratio quaeri non poteſt niſi in antiqua pronunciatione et orationis numero, ut ſignificetur, vocabula ad ejusmodi accentus articulate et explicate fuiſſe efferenda, ut facile ſono diſtinguerentur, ubi cavendum erat, ne toni vocabulorum confunderentur, ad quod minimum duabus ſyllabis ante tonum poſterioris vocabuli opus erat. Hinc etiam cum nulla vel unica ſyllaba ante tonum veniebat, tales accentus ſcribi non poterant, ſed alios in ſuum locum ſubſtituebant. Hic autem ratio dimenſionis ſyllabarum cognoſcenda eſt. Omnis enim vera vocalis efficere ſyllabam ſupponitur. Sed Schva in accentuum conſecutione metrica, ſive mobile ſive quieſcens, ſive ſimplex ſive compoſitum, nunquam ſyllabam efficit, quod inductione exemplorum confirmatur. Ita vocabula laborantia ſunt תְּנַפְּצֵם, Pſalm. II. 9. יְבַעֲתוּנִי׃

יְבַעֲתוּנִי, Pſ. XVIII. 5. Vocalis etiam brevis ex Schva compoſito orta, ſi eam excipit Schva quieſcens, non cenſetur efficere ſyllabam, ut v. g. יַאַסְפֵנִי Pſalm. XXVII. 10. revera laboret. Spectatur enim flexionis analogia, יְאַסְפֵנִי, ubi Schva requirebatur. Alia videtur eſſe ratio dimenſionis in conſecutione proſaica, ubi Schva ſimplex mobile in vocabuli initio, et in medio poſt aliud Schva vel ſub litera Dageſſata, item Schva compoſitum in medio vocabulo et Patach furtivum ſyllabam efficere ſupponuntur, quod infra exempla de Tbhiri ſervis docebunt.

§. 98.

Tertia pronunciationis rectae virtus eſt, *ut ſit facilis*, cujus quidem conſideratio non multa ſubminiſtrat, quibus doctrina haec Analytica illuſtrari vel confirmari poſſit, praeter ea, quae ex ſuperioribus huc referri poſſunt. Nam nonnulla, quae orationem diſtinctam aut ſuavem efficiunt, eandem reddunt facilem, ut morarum et intervallorum obſervatio, (§. 82.) ſoni variatio, (§. 83.) aequabilitas membrorum et pronunciationis. (§. 92. 94. 95.) Ita facilitas pronunciandi ſuavitatem determinat, ut quod facile eſt pronunciatu, fere ſit etiam ſuave auditu.

§. 99.

Pronunciatio eſt *vel ordinaria vel extraordinaria*, atque haec *vel emphatica vel pathetica*.

In

In pronunciatione *emphatica* non ſolum vocis contentio et vehementia, item gravitas vel exilitas major adhibetur, ut oratio aures vehementius percellat, et animo audientis ſe penitius inſinuet, affectusque commoveat: ſed etiam majora ſententiis et verbis intervalla et ſilentia interponuntur, et ipſa verba et ſyllabae majori tarditate et ſoni productione efferuntur, ut mora audienti et tempus ad meditandum relinquatur. Pronunciationis emphaticae criteria in Codice Hebraico ſubminiſtrant accentus, quando majores, quam qui ex legibus Dichotomiae vel accentuum requirebantur, ſcripti ſunt. Non tamen viciſſim, ubicunque major accentus apparet, ſtatim de emphaſi cogitandum eſt, ut multi volunt, ſed antea ratio in euphonia orationis quaeri et indagari debet, ſecundum ea, quae in §. 92—96. dicta ſunt. Notandum etiam eſt, emphaſin ſenſus et pronunciationis vel in uno aliquo vocabulo accentu uno majori, vel in ſententia integra accentibus pluribus majoribus deſignari, atque hoc obſervari maxime in membris conciſis, quae ſibi mutuo reſpondent, et non ſolum in libris metricis, ſed etiam in proſaicis occurrunt.

§. 100.

Pronunciatio *pathetica* non ſolum teſtatur affectum dicentis vehementiorem gaudii vel irae, ſed etiam efficit, ut animus audientis percellatur, et affectu ſimili incenſus ad aſſenſum per-

perducatur. Propterea, ſicut emphatica, vocis contentionem et vehementiam, ejusque gravitatem aut exilitatem majorem requirit, in reliquis autem ab illa in partem contrariam recedit. Nam ſententiis et verbis intervalla et ſilentia minora vel omnino nulla interponuntur, et ipſa verba eorumque ſyllabae citato vocis curſu et impetu proferuntur: ut dicens partim ſpirituum apud ſe excitatorum motui obſequatur, partim non relinquat audientibus tempus ad meditandum et deliberandum, ſed eos verborum cumulate prolatorum turba quaſi opprimat. Pronunciatio pathetica accentibus deſignatur, quando minores, quam qui ex legibus Dichotomiae vel accentuum requirebantur, ſcripti ſunt, ut linea Makkeph pro ſervo, ſervus pro ſubdiſtinctivo minori, et hic pro majori.

Non tamen ubivis ex accentibus talibus minoribus, πάθος orationis ſubeſſe, concludendum eſt, qua in re multos errare animadverti, ſed etiam haud raro his ſola orationis euphonia vel pronunciationis celeritas ſignificatur.

CAPUT

CAPUT V.

DE ACCENTIBUS EUPHONICIS.

De accentibus euphonicis generatim, §. 101.
De uſu et poteſtate lineae Makkeph, 102.
qua vocabula ſervo jungenda copulantur, 103.
Makkeph ſcriptum eſt tum ad colliſionem tonorum evitandam, tum ad accelerandam pronunciationem, 104.
Colliſio tonorum evitatur toni retractione, 105.
ubi notandae ſunt conditiones, quibus tonus in penultimam transferri non poteſt, 106.
Igitur hic duo vocabula per Makkeph copulantur, 107.
Nonnunquam etiam Makkeph adhibetur, cum tonus omnino retrahi potuerit, 108.
Saepius nec Makkeph ſcriptum, nec tonus retractus eſt:
1) quando vocabulum prius eſt praecipuum et cum tono, 109.
2) quando vocabula ſingula ſunt diſtincte efferenda, 110.
3) quando in vocabulo priori jam antecedit Makkeph; ubi etiam de Makkeph ſubintellecto in metricis, 111.
De Pſik et ejus officio, §. 112. 113.
Pſik neceſſarium, 114.
Pſik contingens diſtinctivum, 115.
Pſik euphonicum vel emphaticum, 116.
quibus conditionibus adhibitum ſit, 117.
an etiam ad accentus diſtinctivos veniat, 118.

§. 101.

Praeter accentus tonicos, ut vocantur, de quibus in Cap. II. dictum eſt, accentus duo eu-

euphonici, *Makkeph et Pſik*, in textu ſacro Hebraico occurrunt, quorum natura et analogia accuratius, quam ab aliis factum eſſe video, declaranda eſt. Non dubito, eos recte *Accentus* appellari, cum notae ſint, quibus nexus et reſpectus partium orationis indicatur, et ipſa pronunciatio olim dirigebatur. Vocari autem poſſunt *accentus euphonici*, ſiquidem ſunt a tonicis diverſi, neque eorum ſyſtemate continentur, neque etiam tonum vocabulorum deſignant: ſed potiſſimum euphoniae obtinendae cauſa ſcribebantur, ut ſalvo accentuum tonicorum ſyſtemate et conſecutione, in Paſuco vel ejus membro pronunciatio vel acceleranda vel retardanda eſſe ſignificaretur.

§. 102.

Nunc quando primo de uſu et poteſtate lineae Makkeph dicendum eſt, non moror immaturum eorum judicium, qui, ut fecit W. *Harius* in Syſtemate Pſalmorum metrico, Makkeph merum otioſorum hominum figmentum dicunt. Neque ex adverſo cum Georg. *Venzkio* p. 6. probo Judaeorum opinionem, qui huic lineae magna et arcana myſteria ineſſe volunt. Neque etiam cum ratione dici arbitror, linea Makkeph celeritatem ipſius actionis aut motus, qui oratione deſcribitur, deſignari, ut quando Jo. *Frankius* §. 232. Makkeph in Pſ. XVIII. 13. elegantiſſime depingere dicit fulguris ex nubibus denſis tardiusque advectis celerrime prorumpentis flammas. Cujusmodi excm-

exemplis pluribus eandem opinionem Venzkius p. 167—170. inani opera tuetur. Ego vero uſum et poteſtatem lineae Makkeph in eo conſiſtere dico, ut duo vel tria, raro etiam quatuor vocabula, euphoniae orationis, vel accelerandae pronunciationis, nonnunquam etiam πάθυς ſignificandi cauſa, conjungat, quae in accentuum doctrina pro uno vocabulo habentur, et uno tono et ſpiritu efferuntur.

§. 103.

Non poſſunt vocabula, niſi quae ſervo jungenda erant, per Makkeph copulari. Atque ille nexus arctior eſſe merito putatur eo, qui ſervo deſignatur: quae hypotheſis in examinanda ad leges Dichotomiae continuae ſectionum proportione valet, atque utiliter applicari poteſt, ut analogia diſtinctionis membrorum pateſcat. Nonnunquam quidem Makkeph in locum accentus diſtinctivi venire videtur, ut quando בֵּן, יַד, כָּל, et alia quaedam nomina, inprimis particulae אֶל, אֵת, עַד, עַל, quae ante conceptum compoſitum ſubdiſtinctivum minorem requirunt, pro eo Makkeph adſciſcunt, v. g. כָּל, Gen. I. 21. 25. 30. עַד, Gen. VII. 23. עַל Gen. XVI. 7. Sed praeſtat, ut in ejusmodi locis termini ſectionis transpoſiti eſſe exiſtimentur, vel ut illa monoſyllaba per Theorema VII. §. 77. revera ad ſolum prius vocabulum referantur, ubi omnino ſervum po-

 ſcunt.

ſcunt. Ita etiam facile reſponderi poteſt, quando I. H. *Michaëlis* in Inſtitut. accent. p. 67. alia loca objicit. Nam Job. XXI. 4. ואם־מדוע reddendum eſt, *aut quare*, quia אם ad ה ſuperius reſpicit. Deinde ſi Job. XXXIV. 16. בינה non pro Imperativo, ſed pro Subſtantivo accipias, quod ipſe Michaelis facit in Notis ad Codicem Hebr. ſalva res eſt. Denique לא־כי 1 Reg. III. 22. 23. coll. 2 Reg. XX. 10. ubi eſt ſervus, reddi omnino poteſt, *non ſane, nequaquam*, ut alia propoſitio ſequatur.

§. 104.

Nunc opus eſt inveſtigari leges, quibus Makkeph ſcriptum eſſe videatur, ut deinde ex ejus uſu de ſenſu et affectu orationis judicari poſſit, qua in re Jac. *Altingius* in Fundam. Punctat. p. 158. et H. B. *Starkius* in Gramm. Hebr. P. I. Membr. IV. §. 11. aliquid tentarunt, ſed conditiones, quas ponunt, ſunt vel non ſatis determinatae, vel omnino falſae. Igitur ego quidem operam dedi, ut inſpectis diligenter textus Hebraici locis eorum diverſitatem ad aliquam analogiam reducerem, et invenirem leges, quibus Makkeph ſcriptum eſſe videatur. Quando vero rationes lineae Makkeph ſcribendae vel ſcriptae quaeruntur, ubique prius conceptuum et vocabulorum in propoſitionibus diſtinctio ex Theorematibus Cap. III. animo concipienda eſt, ut ſectionum termini cognoſcantur, et quae vocabula accentu

ſervo

ſervo eſſent copulanda. Deinde locorum duo genera ſunt diſtinguenda, cum Makkeph vel ob tonorum colliſionem, vel ex aliis cauſis veniat, inprimis ad pronunciationem accelerandam. In hoc capite ſolum genus prius conſiderandum mihi ſumo, de altero autem commodius alibi dici poterit. Nam primo, quando duorum vocabulorum, quae ſervo conjungenda erant, toni concurrunt, (§. 93.) vel tonus prioris vocabuli retrahitur, vel duo haec vocabula linea Makkeph ita copulantur, ut uno tono et accentu efferantur. Quoniam vero hic non ſemper tonus retrahitur, vel Makkeph adhibetur: quibus conditionibus hoc fiat, poſtea docebitur.

§. 105.

Igitur tonis collidentibus tonus prioris vocabuli in ſyllabam penultimam ſimplicem transponi ſolet, ſi quidem ultima ſyllaba tono ablato ex hypotheſi morarum aut perfecta manet, aut perfecta reddi poteſt. Ita tonus retrahitur in vocabulis

1) formae קָרָא, ubi vocalis longa in ſyllaba ultima ſimplici ablato tono manet: Gen. I. 5. IV. 2. 6. 16. IX. 24. 26. XII. 13. 19. XIII. 4. XX. 2. 5. XXI. 6. XXVI. 7. 9. —
2) formae יֹאמְרוּ, ubi eſt Schva mobile ante vocalem longam in ultima ſimplici: Gen. XI. 2. 31. XIX. 5. 38. XXI. 23. XXIV. 60. XXV. 33. XXVI. 32. XXX. 21. —

 3) for-

3) formae יַעֲשׂ, cum vocali brevi in peultima, quae jam, omiſſo Metheg, tono ſ. accentu tonico ſuſtinetur: Exod. VII. 10. Num. IX. 17. Devt. VIII. 7. XXXII. 13. Jeſ. XIV. 14. —

4) formae עָשָׂה, ubi ablato tono perfectioni ſyllabae ultimae conſulitur Dageſch euphonico, primae literae vocabuli proximi inſcripto: Gen. IV. 17. XXXI. 12. Exod. XX. 6. XXI. 31. Levit. XXIV. 19. Num. XI. 15. XXIII. 15. XXIV. 18. Devt. V. 10. —

5) formae תֹּאכַל, ubi ultima eſt compoſita cum vocali brevi, et ablato etiam tono perfecta eſt: Gen. III. 19. XX. 3. XXIV. 9. XXVI. 35. XL. 14. XLIX. 27. Exod. II. 20. XIX. 5. —

6) formae הִפָּרֵד, ubi vocalis longa in ultima compoſita, niſi impura aut formalis eſt, in brevem mutatur: Gen. XIII. 9. XXI. 5. XXV. 21. XXXI. 7. XXXIX. 14. 17. Exod. IV. 4. XIII. 5. Lev. V. 22. XXIV. 20. Num. XXII. 11. —

§. 106.

Contra ea hic etiam oſtendendum eſt, quibus conditionibus tonus in ſyllabam penultimam transponi non poſſit. *Wasmuthus* in Grammat. p. 28. 29. et *Altingius* in Fundam. Punctat. p. 345. aliquot ponunt conditiones, quae hac una comprehendi poſſunt: *quoties*

ſyllaba

ſyllaba penultima eſt compoſita, vel ultima eſt compoſita cum vocali impura aut formali, quae in brevem mutari non poteſt. Praeterea in quibusdam retractio toni in ſyllabam ſimplicem fieri poſſe non videtur, quando ſic tonus afficit literam praefixam ante Schva mobile, ut Gen. XX. 6. מֵחֲטוֹ, XXVII. 4. וַעֲשֵׂה, XXXVII. 23. כַּאֲשֶׁר, Exod. XI. 8. בְּחָרִי, XV. 2. וַיְהִי. Contra ea tonus a ſuffixis auferri, et in ſyllabam priorem transponi poteſt, ut in אֲחֹתִי Gen. XII. 19. et ſimilibus, quae quidem *Altingius* p. 347. II. absque ratione anomala dicit. Quod autem *Wasmuthus* l. c. p. 29. lit. γ. dicit in Praeteritis Pluralibus quieſcentium tertia ה non fieri poſſe retractionem accentus, exemplis contrariis refellitur, ut Exod. XXV. 8. ועשו, Ezech. XXII. 6. היו, XXIII. 10. et XXIX. 20. עשו, Zach. X. 2. חזו, — quae quidem exempla *Altingius* p. 347. ſqu. partim anomala eſſe, et forſitan vitio non carere dicit, partim ad imperfecta media radicali referri poſſe putat. Concludunt autem ex eo, quod talia Verba, quando ob pauſam tonus retrahendus eſt, tertiam ה mutatam in Jod mobile quaſi reſtituant, ut נָטָיוּ pro נָטוּ. Sed omnino cavendum eſt, ne retractio toni euphonica, de qua hic agimus, commiſceatur cum retractione emphatica, quae fit ad accentus majores, vel ſingularis emphaſeos cauſa, (§. 96.) quaeque nonnunquam caſu venit ante vocabula, quae tonum habent in prima ſyllaba, non autem propterea

ad evitandam tonorum colliſionem adhibentur, v. g. Devt. XXXII. 37. חָסָיוּ, Jeſ. XXI. 14. הֵתָיוּ.

Denique obſervandum eſt, retractionem toni non poſſe fieri, niſi cum eſt vocalis ad primam literam vocabuli poſterioris. Notentur autem exempla ſingularia, in quibus non quidem tonis perfecte collidentibus, ſed ante Schva mobile tonus retrahitur, ut Gen. I. 11. עֹשֶׂה פְּרִי, XXIV. 6. הִשָּׁמֶר לְךָ, ſicut alibi ſaepius, Devt. XIX. 8. וְנָתַן לְךָ Jer. XXXVIII. 20. וְיִיטַב לְךָ.

§. 107.

Igitur quando tonis collidentibus toni retractio fieri non poteſt, linea Makkeph duobus vocabulis interponitur, ut ſic copulata uno tono efferantur, ubi in vocabulo priori, quod tonum amiſit, ſyllabae ultimae vocalis longa, ſi fieri poteſt, corripitur, et Metheg ex regulis Grammaticis vario modo adhibetur. Hic nonnunquam unum vel duo monoſyllaba, aut particulae, quae Makkeph amant, ab initio adjunguntur, ut tria vel quatuor vocabula continuo per Makkeph conjuncta reperiantur. Vocabulorum autem ita copulatorum nexus in oratione attendi debet. Nam in ditione accentus, qui his, aut vocabulo, quod proxime ſequitur, adſcriptus eſt, ſectionum numerus et quantitas ſaepe minuitur, ut accentus minores, ſervus pro ſubdiſtinctivo minori, et ſubdiſtinctivus minor pro majori ſcribantur. Quae res apud nos nihil difficultatis habet, qui non accen-

accentus primum apponimus, ſed de ſcriptis accentibus eorumque conſecutione judicamus.

§. 108.

Nonnunquam etiam tonis collidentibus, ubi tonus prioris vocabuli retrahi omnino poterat, potius Makkeph ſcriptum reperitur, quod pronunciationis accelerandae cauſa fieri cogitandum eſt. Hujusmodi exempla occurrunt: Gen. II. 18. 23. 24. III. 12. IX. 27. XI. 4. XII. 13. XVIII. 12. XX. 5. XXVI. 8. XXX. 31. 33. XLI. 13. XLII. 6. 20. 38. Exod. III. 13. IV. 4. 9. 17. V. 9. 21. VI. 25. VII. 20. VIII. 3. 13. 14. XI. 7. 8. XIV. 4. XV. 11. 27. XVII. 10. XX. 21. 22. XXI. 4. 9. 33. XXVIII. 1. 3. 4. 41. —

§. 109.

Saepenumero, quando toni concurrunt, nec Makkeph occurrit, nec tonus retractus eſt, cujus rei, locis inter ſe diligenter collatis, tres rationes eſſe reperio. Nam

I.) quando vocabulorum B et A prius eſt praecipuum et cum tono, (§. 88. 89.) illius tonus linea Makkeph auferri, vel ſede moveri non debet. Nam v. g. Gen. VIII. 6. Makkeph abeſt, quia in אַרְבָּעִים potius quam in יוֹם tonus intendi debet; item Gen. XII. 14. quia in כִּי־יָפָה intenditur tonus. Ita eam ob cauſam manet ſervus *ante Sillucum:* Gen. XXIII. 5. 14. XLIII. 30. XLV. 20. L. 3. Exod. XX. 12. XXI. 11. XXX. 30. XL. 13. Levit. IV. 26. 31. 35. V. 10.

V. 10. 16. 18. 26. XIII. 13. 17. XX. 9. 11. 12. 13. 16. 26. 27. *ante Atnachum:* Gen. XX. 5. XLI. 25. Exod. I. 5. II. 12. XXII. 2. 16. XXIII. 5. 21. Lev. V. 13. 26. XIII. 31. XX. 14. 21. *ante Sakephum:* Gen. XV. 1. XIX. 22. XX. 7. XXIV. 23. XXIX. 15. XLI. 21. L. 3. Exod. I. 19. II. 2. V. 8. XVI. 15. XXII. 2. 14. XXVI. 18. 25. Lev. XVII. 14. XVIII. 7. XIX. 22. *ante Tiphcham:* Gen. XIII. 11. XIX. 20. XXIV. 23. 29. XXV. 32. Exod. I. 16. II. 7. 18. 20. V. 16. X. 29. XIV. 3. XXII. 1. Lev. I. 4. VIII. 7. 28. XI. 4—8. XVII. 11. XIX. 7. 36. —

§. 110.

II.) Makkeph et toni retractio omittitur, quando in aliquo orationis membro vocabula ſingula ſunt diſtincte proferenda, unde nonnunquam Pſik interponitur, atque etiam ſaepius majores accentus apparent. Ita ſervus manet *ante Sillucum:* Gen. XVIII. 14. XIX. 26. XXI. 14. XXIV. 13. XLVI. 3. Exod. IX. 2. 33. XVI. 5. XXII. 26. Lev. II. 13. XIV. 21. *ante Atnachum:* Gen. IV. 11. X. 3. 6. 12. XX. 1. XXI. 19. 33. XXIV. 63. XXVII. 46. XLI. 18. Exod. XXII. 30. Lev. XXII. 12. XXVII. 12-14. *ante Sakephum:* Gen. II. 5. III. 19. IV. 15. 23. V. 1. VI. 9. VII. 14. VIII. 6. 11. X. 2. 7. XI. 10. 27. XV. 3. 17. XVII. 12. XIX. 2. XXI. 16. Exod. VIII. 22. XXIV. 18. Lev. V. 1. 15. VII. 25. XIV. 4. XVI. 1. *ante Tiphcham:* Gen. II. 20. III. 21. VI. 5. VII. 3. X. 22. XVI. 8. 12. XVIII. 30. XX. 16. Exod. V. 12. VII. 21. XIV. 13. XV. 27.

XVII. 1. XVIII. 5. 11. 16. Lev. V. 21. XIII. 10, 14. 29. 47. 52. XXI. 11. 18. 19. —

§. III.

III.) Fortaſſis etiam haec Makkeph omiſſi cauſa eſt, quando vocabulo priori jam unum atque alterum linea Makkeph adjunctum eſt, ne ſic tres vel plures conceptus diverſi, quod naturae orationis, niſi primus ſit particula, non congruum videtur, uno tono et ſpiritu, praeſertim ad accentus minores, efferendi ſint. Sic Makkeph omittitur Gen. II. 18. poſt אעשה־לו, XIII. 11. poſt יבחר־לו, v. 14. poſt אשר־אתה, XIX. 8. poſt כי־על־כן, XXX. 14. poſt תני־נא, XXXIII. 9. poſt יש־לי, ſed v. 11. eſt Makkeph propter παθος, XXXVII. 16. poſt הגידה־נא. Denique hoc obſervandum eſt, ad accentus minores claſſis quartae et quintae, qui mora exigua exprimendi ſunt, fere Makkeph, maxime poſt Verbum, non adhiberi, quia tonorum colliſio vix auribus percepta hic pronunciationis ſuavitati nihil officere videtur, v. g. Gen. XXIII. 4. תנו לי, XXVI. 28. תהי נא, XLI. 44. לא־ירים איש, Exod. X. 10. יהי כן, v. 17. שא נא, XII. 48. המול לו, XVII. 3. וימצא שם, v. 14. כתב זאת.

Huc ſpectat Makkeph in metricis, quod *ſubintellectum* vulgo dicitur. Nam accentuum, qui ex duobus juncti ſunt, quod genus Merca Mapachatus, Mapach et Merca cum Sarka, prior nonnunquam in ſyllabam ultimam vocabuli, quod arctiori nexu antecedit, accentu

vacuam

vacuam rejicitur; quo pacto vocabula tam arcte copulantur, ac ſi per Makkeph cohaereant. Nam revera Makkeph, quod alibi in membris ſimilibus conſpicitur, nonnunquam omiſſum eſt, videlicet ad Mercam Mapachatum, Pſalm. I. 3. XXX. 8. CII. 3. Prov. XXV. 7. Job. XXI. 33. XXXVII. 6. et ad Mapachum aut Mercam cum Sarka, Pſalm. V. 5. XLIX. 15. LXII. 9. Prov. VI. 3. Job. XXXII. 5.

§. 112.

Nunc etiam, quae de altero accentu euphonico, *Pſik*, dicenda ſunt, paucis complectar. *Metheg* autem, quod nonnulli ad accentus euphonicos referunt, ad Grammaticam doctrinam pertinere arbitror, quoniam non orationis et integrorum vocabulorum, ſed ſyllabarum vocabuli, quarum etiam formam perficit, pronunciationem moderatur. Igitur *Pſik*, פְּסִיק, i. e. intercisio ſ. ceſſatio, eſt lineola directa duobus vocabulis ſuperne interpoſita, cujus officium lineae Makkeph officio oppoſitum eſt, ſiquidem vocabula ſenſu et pronunciatione diſcernit, ut aliqua mora interjecta efferantur.

§. 113.

Pſik nudum ad accentuum tonicorum ſyſtema falſo referunt Val. *Schindlerus* in Tractatu de accentibus p. 5. *Petraeus* in Grammat. Hebr. p. 352. ſqu. et *Marci* in Tab. X. ex Bohlio. Ita *Speidelius* in Commentar. de accent.

p. 91

p. 91—96. 154—163. ſupponit, ſicut etiam I. G. *Abicht* Cap. X. §. XI. Pſik eſſe accentum primarium, qui cum Munacho, Mapacho, Merca et aliis componatur, quo pacto accentuum ſyſtema permiſcetur et confunditur. Etiam *Ouſeelius* in Accent. Proſaic. Cap. XV. §. 40. uſum τῦ Pſik diverſum non recte intellexit, quando negat ullum Pſik eſſe mere euphonicum, et exiſtimat, ſervos addito Pſik ad diſtinctivorum minimorum infimorumque ſortem evehi: ex qua hypotheſi Caput XIII. et XIV. de ſubdiſtinctivis minimis elaboravit. Paulo accuratius C. A. *Buttnerus* in Introduct. in Accent. Cap. I. §. 21. Pſik in euphonicum et diſtinctivum diſpeſcit. Optime autem Vir S. R. D. Jo. Fr. *Hirt* in Syſtem. Accent. Ebr. p. 36. quem lubens ſequor, Pſik facit vel *neceſſarium*, quod a tonico accentu, quocum copulatur, non poteſt ſeparari, partemque ejus neceſſariam efficit: vel *contingens*, quod doctrinae gratia in *diſtinctivum* et *euphonicum* diſtingui poteſt.

§. 114.

Nunc I.) notandum eſt *Pſik neceſſarium*, quod accentibus nonnullis ſemper et ubique adjungitur, adeoque ad eorum integritatem pertinet. Ita inter accentus proſaicos, Schalſchelet cum Pſik, et Munach cum Pſik, et inter metricos, Schalſchelet, Kadma, Mapach et Munach cum Pſik occurrunt, et merito pro diſtinctivis habentur. Illud Pſik in libris metricis nonnunquam excidit, et in Codicibus ad

Schal-

Schalſchelet Pſalm. III. 3. CXXV. 3. ad Kadmam nonnunquam, et ad Mapachum ſaepius omiſſum eſt, quod ex orationis nexu et conſecutione accentuum plerumque evidenter apparet.

§. 115.

II.) Ab hoc Pſik neceſſario probe diſtinguendum eſt *Pſik contingens diſtinctivum*, quod ſedem diſtinctionis indicat in locis, ubi duae pluresve ſervorum figurae occurrunt, quamvis illa plerumque non ſit dubia, ſed ex legibus Dichotomiae certo cognoſcatur. Tale Pſik occurrit

1) ante Segoltam ad alterum ex duobus Munachis,
2) ante Sakephum ad alterum ex duobus Munachis,
3) ante Sarkam, ad Munachum vel Mercam cum Kadma,
4) ante Paſchtam ad Mapachum cum Kadma vel Munacho,
5) ante Tbhirum ad Dargam cum Kadma vel Munacho,
6) ante accentus Paſer, Tliſcha magnum et parvum, ubi meri Munachi occurrunt, ad Munachum unum atque alterum, ſemel aut bis,
7) ante Gereſchum aut ejus vicarios, ubi diſtinctionis terminus eſt vel ad Kadmam vel ad Tliſcha parvum.

§. 116.

III.) Eſt *Pſik euphonicum vel emphaticum*, quod ſervis, qui proprio officio funguntur, non-

nonnunquam extra ordinem additum eſſe obſervatur, quod quamvis nec conjunctionem nec diſtinctionem idearum determinet, exignam tamen moram confuſionis evitandae gratia inducit. Tale Pſik 1) in libris proſaicis additum eſt ſervis Silluci, Atnachi, Sakephi, Tiphchae, Rbbiae, Sarkae, Paſchtae, Tbhiri, acc. Paſer, Tliſcha magni et Gereſchi: et loca in Cap. VII. ad ſervos accentuum ſingulorum notata ſunt. 2) In libris metricis illud Pſik occurrit ante Sillucum ad Mercam vel Munachum: ante Mercam Mapachatum Pſalm. LXVIII. 20. Prov. XXX. 15.: ante Atnachum ad Munachum vel Mercam: ante Sarkam, Prov. I. 22. ante accentum Paſer, Pſalm. LIX. 6. CXLI. 4. Prov. VI. 3. ante Kadmam cum Pſik, Pſalm. LV. 20. CXLII. 4.

§. 117.

Hic etiam conditiones cognoſcere juvat, quibus Pſik euphonicum vel emphaticum adhibitum eſſe videtur, videlicet 1) inter vocabula per Grammaticam non conſtructa, plerumque inter duas propoſitiones: Gen. XVIII. 15. Joſ. V. 14. 1 Sam. IX. 9. XVI. 5. 1 Reg. II. 30. Zach. XI. 12.

2) inter duo vocabula, quae quidem nexu Grammatico cohaerent, jam vero quaſi conceptus diverſi diſtincte conſideranda exhibentur: Devt. VI. 4. Joſ. XXII. 22. Jeſ. XLII. 5. Jer. VII. 9. XVII. 25. XXIII. 6. 1. Par. VIII. 38.

3) inter duo vocabula, quae diſtincte vel cum tono in priori ſunt pronuncianda, ſive con-

conceptum unum, ſive diverſos conceptus exhibeant: nonnunquam etiam inter eandem literam in confinio duorum vocabulorum bis poſitam, ut utraque diſtincte efferatur:

Gen. III. 15. XXII. 14. XXIX. 9. XLII. 21. Exod. XV. 18. Num. III. 2. Jud. I. 7. 1 Sam. XII. 3. Jeſ. XXIV. 3. Jer. XI. 5. Ezech. XLI. 16. Cant. II. 7. III. 5. IV. 12. 14. VIII. 14. Eſth. IX. 7. 8. 9. 27. Dan. IV. 15. IX. 19. XI. 17. Pſalm. V. 7. X. 3. Prov. VI. 3. Job. XXVII. 9.

4) inter vocabula eadem continuo repetita, quae diſtincte efferenda ſunt, v. g. Exod. XXXIV. 6. Levit. XIII. 45. Devt. XVII. 8. 2 Reg. III. 16. Jeſ. VI. 3. XXVI. 3. Jer. IV. 19. VI. 14. Ezech. VIII. 10. XL. 16. XLI. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. XLVII. 17. Thren. I. 16. Cohel. I. 6. —

§. 118.

Reperitur etiam Pſik euphonicum ſcriptum ad accentus diſtinctivos, v. g. Jeſ. LV. 10. Pſ. V. 13. X. 14. L. 1. LV. 20. Prov. VII. 7. Job. XI. 6. XX. 29. Sed hujusmodi loca mihi partim ſuſpecta ſunt, et Pſik in illis ſupervacuum eſſe videtur, quia accentus diſtinctivi jam ſatis orationem diſtinguunt, et pauſas moderantur. Cui opinioni favet diverſitas lectionis in Codicibus, praeſertim cum in locis nonnullis pauci Codices Pſik exhibeant. Dubito etiam, an tanta ſit auctoritate Index poſt Maſoram magnam finalem deſcriptus, ut eum I. H. *Michaelis* ad lectionem cum Pſik probandam allegare merito potuerit.

CAPUT

CAPUT VI.

DE DITIONUM NATURA ET CONSTITUTIONE.

De ditionibus generatim, §. 119.
Ditionum ordines diverſi, 120.
Ditionum limites, 121.
Ditio conſtat vel uno vocabulo, ubi notantur diſtinctivi, qui nunquam, vel certa conditione, vel tantummodo in ditione unius vocabuli occurrunt, 122.
vel duobus, vel pluribus vocabulis, ubi locum habent ſubdiſtinctivi, 123.
Methodus, qua cuivis accentui locus ſuus et ſedes in ditione adſignari poſſit, 124. 126.
Subdiſtinctivi iidem nonnunquam repetuntur, 125.
Canones de accentibus in ditione conjunctis:
I. de poteſtate diſtinctivorum, 127.
II. de poteſtate ſervorum, 128.
III. de concurſu duorum pluriumve ſervorum, et de vicario eorum officio, 129.
IV. Omnis accentus dominus perfectius diſtinguit ſenſum, quam ullus ejus ſubdiſtinctivus, 130.
V. Omnis ſubdiſtinctivus major perfectius diſtinguit ſenſum, quam ſubdiſt. minor ejusdem domini, 130.
VI. Omnis ſubdiſtinctivus, quo remotior eſt a domino ſuo, eo magis et perfectius diſtinguit, 131.
VII. VIII. IX. de ſubdiſtinctivorum conſecutione ordinaria, 132.

§. 119.

Ad nexum et reſpectum partium orationis ex accentibus intelligendum ſufficere videtur,

detur, ut ſciatur, quae ſit ſeries accentuum diſtinctivorum, ut poteſtate continuo decreſcunt, (§. 57.) ſi in leviori cognitione adquieſcere placet. Sed ad accuratam perfectamque accentuum doctrinam, ut his nonſolum nexus et reſpectus partium orationis, ſed etiam orationis emphaſis, aut πάθος, aut euphonia ſignificatur, utile, imo neceſſarium eſt, noſſe accentuum conſecutionem, et per ditiones diſpoſitionem. Nam cuivis accentui diſtinctivo competit *ditio*, h. e. vocabulum aut vocabulorum ſeries, cui tanquam dominus praeeſt, habens plerumque accentus alios ſuae quaſi poteſtati ſubjectos (§. 59.) Igitur quot ſunt in Paſuco accentus diſtinctivi, totidem ſunt ditiones. Contra ea accentui conjunctivo, niſi vices gerat diſtinctivi, ditio non competit, ſed ejus vocabulum ad ditionem domini, cui praemittitur, referri debet.

§. 120.

Quantitas et nobilitas ditionis non metienda eſt vocabulorum numero, ſed valore diſtinctivi, qui illam regit, ut, quo major dignitate eſt diſtinctivus, eo major eſſe ditio ejus exiſtimetur. Sicut autem accentus diſtinctivi (§. 60.), ita etiam eorum ditiones in aliquot claſſes ſ. ordines diſtribuuntur, ut ſint

I. in libris proſaicis, ditiones
primi ordinis, Silluci et Atnachi,
ſecundi ordinis, Segoltae, Sakephi et Tiphchae,

tertii

tertii ordinis, Rbhiae, Sarkae, Paſchtae et Tbhiri,

quarti ordinis, ditiones acc. Paſer vel Karnepara, Tliſcha magni, Gereſchi et vicariorum ejus,

quinti ordinis, ditiones Tliſcha parvi et vicarii ejus.

II. In libris metricis, ditiones

primi ordinis, ditio Silluci,

ſecundi ordinis, ditiones Mercae Mapachati, item Atnachi et Rbhiae Gereſchati et utriusque vicariorum, denique Munachi cum Tiphcha et Mapachi cum Pſik,

tertii ordinis, ditiones Rbhiae, Sarkae, Tiphchae anterioris ejusque vicariorum, vel Mercae cum Merca,

quarti ordinis, ditiones acc. Paſer, Kadmae cum Pſik et Mapachi cum Pſik.

§. 121.

Sedulo cavendum eſt, ne ditio integra cum ejus parte commiſceatur. Ideoque operae pretium eſt, limites ditionum, ubi incipiant, et ubi deſinant, accurate deſignari. Hoc autem, ſi ordines diſtinctivorum recte teneantur, paucis explicari poteſt. Nam ditio quaelibet deſinit in eo vocabulo, cui diſtinctivus adſcriptus eſt, a quo ditio nomen gerit, ſed extenditur verſus initium Paſuci usque ad vocabulum, quod accentu diſtinctivo ejusdem vel majoris ordinis notatum eſt. Igitur incipit ditio in proximo vocabulo, quod hunc diſtincti-

vum excipit, et accentus usque ad extremum intercedentes omnes, ut qui minores ſunt ultimo, ad eam pertinent. Sic in libris proſaicis ditio Silluci extenditur usque ad Atnachum vel Sillucum alium: ditiones Atnachi et Segoltae usque ad Paſuci initium: ditio Sakephi usque ad Sakephum alium, vel Segoltam, vel Atnachum, vel ad Paſuci initium: ditio Tiphchae usque ad Sakephum, vel accentus modo dictos reliquos. Intelligitur ex his, ditionem aliquam plerumque ditiones minores in ſe continere, de quo jam explicatius dicendum eſt.

§. 122.

Nam ditio ſaepius quidem unico vocabulo conſtat, quando hoc proxime antecedit diſtinctivus ejusdem vel majoris ordinis, et diſtinctivi plerique ad eam locum habent. Sunt autem, qui *nunquam* in ditione unius vocabuli occurrant, Segolta, Karnepara: et in metricis, Merca Mapachatus, Munachus cum Munacho, Merca cum Tiphcha. Alii occurrunt *tantummodo certis conditionibus* in unius vocabuli ditione, ut Sakeph parvum, ſi Munachum vel Paſchtam adſciſcit (§. 51.): Rbhia, non antecedente alio Rbhia in vocabulo proximo: Paſchta, cum tonus non eſt in prima vocabuli ſyllaba absque Schva mobili vel Makkeph: Gereſchus, ſi tonus eſt in ſyllaba penultima: Geraſchaim, ſi tonus eſt in ultima. Denique notandi ſunt diſtinctivi, qui *tantummodo* in ditione unius vocabuli occurrunt, Schalſchelet

cum

cum Pſik, Sakeph magnum, et Jethibh, in libris proſaicis: in metricis Paſer, quando eſt Atnachi vicarius, et Mapach cum Pſik.

§. 123.

Sed quando ditio *duobus* vocabulis conſtat, in priori vel ſervus diſtinctivi apparet, vel diſtinctivus minor ordinis proxime inferioris. Denique ſi ditio ex vocabulis *tribus pluribusve* juncta eſt, in ea unus, duo pluresve apparent diſtinctivi ex ordine accentuum proxime inferiori, qui reſpectu diſtinctivi ditionis domini, fiunt et dicuntur *Subdiſtinctivi.* Hi vero, quoniam eo majori diſtinguendi poteſtate pollent, quo longius a diſtinctivo ditionis domino remoti ſunt, dicuntur *Subdiſtinctivi majores vel minores.* Dantur etiam ſubdiſtinctivi *maximi*, Segolta, Paſer proſaicus et Merca Mapachatus, et *minimi* in metricis, Munachus cum Tiphcha et Mapachus cum Pſik ante Sillucum. Non autem opus eſt, ut hic ſudiſtinctivos cujuslibet diſtinctivi commemoremus, quia ex Tabulis conſecutionis accentuum ordinariae cognoſci poſſunt.

§. 124.

Nunc etiam de legibus dicendum eſt, quibus ſubdiſtinctivi omnis generis ſuo quisque in loco in ditione poſiti ſint, ut ratio conſecutionis accentuum intelligatur. Hic vero plerique hujus artis magiſtri ab extremo ditionis ad ejus initium progrediuntur, dicuntque, ante diſtin-

 ctivum,

ctivum, ſi vox conjungenda ſit, ſervum ejus ſcribi, deinde in ſectione minori ſubdiſtinctivum minorem, tum in ſectione majori majorem, et ſic deinceps. Sed quemadmodum ſectionum quantitas hac ratione certo definiri non poteſt, ſi a parte ad partem, ab extremo ad initium per ſingula vocabula progrediaris: (§. 66.) ita etiam haec methodus prorſus inepta eſt ad ſedem et conſecutionem accentuum accurate determinandam. Igitur non alia methodo hoc negotium tractari poteſt ac debet, quam progrediendo a toto ad partem, ut ſectio ditionis continua *a dextra ad ſiniſtram*, ad nexum et reſpectum partium orationis, facta eſſe ſupponatur, qualis in §. 67. 73. 75. deſcripta eſt. Sic poteſt accurate determinari, qualis ſubdiſtinctivus in ſectione prima, ſecunda, tertia — vel in ſectione antepenultima, penultima et ultima locum ſortiatur. Videlicet in termino ſectionis antepenultimae ſubdiſtinctivus maximus, penultimae major, et ultimae minor plerumque reperitur. Et quando ſectio ultima in vocabulum ditionis antepenultimum incidit, tum in penultimo ſervus diſtinctivi apparet. Hic etiam ratio habetur numeri vocabulorum, maxime in diſtinctione metrica, et obſervandi ſunt accentus ejusdem dignitatis, qui in eadem ſectione certis conditionibus permutari ſolent, quae diſtinctio pro ordinaria habenda eſt, (§. 58.) item accentus rariores, et quorum rationes ignorantur, ut Merca chephula, Karnepara, nec non accen-

tus

tus transpoſiti, qui ad diſtinctionem extraordinariam pertinent.

§. 125.

In ditionibus longioribus, ubi plures duobus vel tribus ſubdiſtinctivis requiruntur, apparet nonnunquam ſubdiſtinctivus minor vel major, bis vel etiam ſaepius repetitus, videlicet in libris proſaicis, Sakeph, Rbhia, Sarka, Paſchta, Tbhir et Paſer: et in metricis, Rbhia, Sarka, Paſer, Kadma et Mapachus cum Pſik: eſtque repetitorum ille poteſtate major, qui ab extremo ditionis vocabulo remotior eſt. Hujus rei ratio in veteri pronunciatione quaerenda eſt, quae ad repetitum ſubdiſtinctivum majorem retardanda, et ad minorem repetitum paululum acceleranda eſſe ſignificatur.

§. 126.

Ita vero ditio quaevis diſtingui concipienda eſt in duo dimidia ſectione prima, quorum poſterius iterum in dimidia duo ſectione ſecunda, et horum poſterius denuo in duo dimidia ſectione tertia diſtinguitur, et ſic deinceps, donec in vocabulo antepenultimo vel penultimo ſectio deſinat. Dimidia priora diverſi ordinis, quae ſic definiuntur, totidem integras ditiones exhibent, quibus ſubdiſtinctivi praeſunt, qui ibidem locum invenerunt. Iidem vero ſubdiſtinctivi jam conſiderantur ut diſtinctivi, quorum ditiones ſunt illi majori ſubjectae, et rurſus eodem modo ſectione continua

diſtinguuntur, ut locus et ſedes ſubdiſtinctivorum inferioris ordinis inveniatur. Atque haec ſectio per ditiones denuo inferioris ordinis continuatur, donec unum vel duo vocabula in ſingulis ditionibus ſuperſint. Sic v. g. Gen. XXIV. 30. primo dimidia priora, ſeu ditiones Atnachi, Sakephi et Tiphchae exiſtunt: in Tiphchae ditione Tbhir duo dimidia diſcernit: et Atnachi ditio ſectione prima, ſecunda et tertia a dextra verſus ſiniſtram continuo diſtincta eſt, ubi dimidia priora, ſeu ditiones Segoltae, Sakephi et Tiphchae apparent: Segoltae ditio rurſus per Rbhiam et Sarkam, et ditio Sakephi per Rbhiam et Paſchtam ſectione prima et ſecunda diſtinguitur, et dimidia priora, horum accentuum ditiones inferioris ordinis oſtendunt, et denique ditiones Rbhiae prioris et Paſchtae in vocabulo antepenultimo ſubdiſtinctivo minori diſtinguuntur. Intelligitur etiam, quomodo peracta diſtinctione ad vocabula accentu vacua ſervi, Munachus ad Segoltam et Rbhiam, Merca ad Tiphcham et Mapachus ad Paſchtam veniant. Atque hac ipſa methodo in Cap. VII. et VIII. Syſtema accentuum tum proſaicorum tum metricorum deſcribam.

§. 127.

Commodum autem eſt, hoc loco prius explicari aliquot Canones de accentuum poteſtate, de quibus agunt *Waſmuthus* p. 21—29. *Weimarus* p. 50-57. *Venzkius* p. 126-138. *Speidelius* p. 196-206. et plures alii. Sit igitur

Canon

Canon I. *Omnis accentus regius ſ. diſtinctivus ſemper et ubique diſtinguit, non tamen eodem ubivis effectu ſeu valore.* Hoc non ita intelligendum eſt, ac ſi ad accentum diſtinctivum in verſionibus ſemper punctum, colon aut comma ſcribendum ſit, ſicut intelligunt, qui accentus cum noſtris diſtinctionum ſignis ſtudio praepoſtero comparant. (§. 62.) Ex hac falſa hypotheſi nonnulli objiciunt, diſtinctivos et ipſum Atnachum ſaepe nihil diſtinguere, ſed in ſermone continuato adhiberi, et ab ipſis miniſtris vix quidquam differre. Alii excipiunt diſtinctivos pro ſervo poſitos in ditione duorum vocabulorum, vel quando in vocabulo ditionis antepenultimo ſubdiſtinctivus major pro minori ſcriptus eſt. Sed recte Waſmuthus p. 24. dudum monuit, hic diſtinctivos omnino analogum quid verae ſubdiſtinctionis ſervare, licet omnium minima proportione, atque hoc etiam pateſcere ex Dageſch leni, quod poſt eos locum habeat. Addo hoc, tales diſtinctivos non ſolum tardiorem pronunciationem, ſed etiam diſtinctam et attentam vocabulorum et conceptuum meditationem imperare.

§. 128.

Canon II. *Omnis accentus ſervus actu talis ſemper et ubique voces conjungit.* Hoc iterum non ita intelligendum eſt, ac ſi ad accentum ſervum nullibi in tranſlatione comma ſcribi poſſit, ſed accipiendum eſt de conjunctione in

 mento

mente concipienda reſpectu vocabuli prioris vel poſterioris, quod magis diſtinguendum eſt, et hanc ob cauſam diſtinctivo notatur, ubi diſtinctio minor reſpectu majoris dici conjunctio poteſt. Et quod adjecit Waſmuthus, *actu talis*, non eſt negligendum, quandoquidem ſi ſervus vocabulo diſtinguendo adſcriptus eſt, ex hoc apparet, eum eſſe alicujus diſtinctivi vicarium. Ceterum accuratius hunc Canonem C. *Sankius* p. 78. ita enunciat: Omnis ſervus conjungit ſemper et ubique vocabula, ſi non ſemper ex Dictamine Grammatico, ut vocabula ſenſu cohaereant, ſaltem ex Dictamine Oratorio, ut pronunciationis celeritas et vehemens affectus eo ſignificetur. Nam in §. 100. modo indicavi, et apparebit deinde, in oratione pathetica vel ſaltem euphoniae cauſa ſaepius adhiberi ſervum, ubi ex analogia ſectionis diſtinctivus locum habebat, ut tamen conceptus non deſinant eſſe diſtincti et diverſi. Sic v. g. Gen. I. 5. 8. 13. propoſitio ויהי־ערב propoſitioni ויהי־בקר ſervo adjungitur, et manent tamen diſtinctae propoſitiones, vel diſtincta propoſitionis membra.

§. 129.

Canon III. *Servi duo pluresve, ſuo, non vicario officio, juxta ſe poſiti, nullibi apparent.* Hunc Canonem, quem Waſmuthus p. 26. ſecundo addidit, ego hic ſeparatim exhibeo. Ex quo ſequitur, ex duobus ſervis vel pluribus, qui juxta ſe poſiti apparent, unum vel

alte-

alterum non ſuo ſed vicario officio fungi, et eſſe pro diſtinctivo, ejusque dignitate et valore diſtinguendi gaudere. Hunc Canonem non admittunt multi, qui negant, ſervos ullibi fieri diſtinctivorum vicarios, quos inter primo loco nominandus eſt *Ledebuhrius*, qui quamvis minutiorem graduum et officiorum partitionem inter accentus nullo hujus diſciplinae commodo excogitaverit, miniſtrorum tamen dominorum vices obeuntium dignitates neglexit, notatus eam ob rem a Wasmutho p. 17. Poſt eum alii variis allegatis rationibus vicarium ſervorum officium repudiarunt, ut J. G. *Abichi* in Accentibus Hebr. explicatis, p. 17. 79. *Venzkius* p. 37. Thom. *Boſton* p. 82. 117. 157. *Sunkius* p. 136. Frid. Theodoſ. *Mullerus* in Diſp. de accentibus, qui legati, vicarii et barones appellari conſueverunt. Contra ea alii vicarium ſervorum officium agnoverunt, vel etiam diligenter expoſuerunt, ut *Schnegaſſius* in Tab. VI. num. I. *Wasmuthus* p. 27. et inprimis Regula VII. et X. *Weimarus* p. 48 - 95. *Speidelius* C. V. §. 17 - 22. *Ouſeelius*, qui ex talibus ſervis claſſem ſubdiſtinctivorum minimorum fecit. Praeſertim S. R. D. Jo. Frid. *Hirt* in Syſtemate Accent. Ebraicae, Exercitat. III. totam doctrinam de vicariis et legatis tam dogmatice quam polemice pertractat. Theoriam vicariorum et legatorum p. 111 - 146. accurate et diligenter exponit, et deinde p. 147 - 159. recenſet atque removet dubia contra vicarios et legatos formata, ut quando objiciunt, do-

ctri-

ſtrinam hanc eſſe obſcuram, difficilem et inutilem, et maximam ex hac hypotheſi confuſionem et incertitudinem oriri. Haec omnia S. R. Auctor ſolide diluit, et rectam de ſervorum concurſu ſententiam in clara luce ponit. Quia vero, quod addere mihi liceat, pronunciationis natura requirit, ut in principio membri et ditionis longioris incitatiori curſu incipiat, non obſervata mora notabili inter partes diſtinctas: (§. 94.) hinc accidit, ut ſervi plures juxta ſe ponantur, certa tamen lege, quam ſyſtema accentuum praeſcribit. Et ut ſyſtematis ratio eo melius intelligatur, juvat hos ſervos in ditione proſaica tertii et quarti ordinis ad analogiam Gereſchi revocare, nec abſonum eſſe puto, eos Gereſchi vicarios appellari. Sed plures Munachos in ditionibus quarti et quinti ordinis non diſtinctivorum ſed ſuum officium exercere arbitror, nec puto eorum unum et alterum eſſe diſtinctivi vicarium, quia nullibi eorum loco diſtinctivi alicujus figura occurrit. Termini autem diſtinctionis vel addito Pſik indicantur, vel ex conſtructione et legibus Dichotomiae cognoſci poſſunt. Ex eo autem ſequitur, Canonem III. ſupra poſitum non ſine limitatione accipiendum eſſe.

§. 130.

Canon IV. *Omnis accentus dominus perfectius diſtinguit ſenſum, quam ullus ejus ſubdiſtinctivus.*

Canon V. *Omnis accentus ſubdiſtinctivus major perfectius dividit et abſolvit ſenſum, quam ſubdiſtinctivus minor ejusdem domini.*

Hi duo Canones, Wasmuthi verbis ex p. 28. 29. expreſſi, quorum in cognoſcendo et vindicando vero dictorum ſenſu uſus eſt luculentiſſimus, non indigent longa explicatione et demonſtratione, ſed ſtatim ex accentuum ſyſtemate intelliguntur. Non tamen hic tacendi ſunt, qui, quod Canoni V. repugnat, opinantur ſubdiſtinctivorum ejusdem claſſis dignitatem eſſe parem. Huic opinioni praeluſit Matth. *Hillerus* in Compendio Inſtit. Linguae S. p. 30. quam propoſuit etiam *Crucius* in arte Tagmica, eamque inprimis ſuam fecit Thom. *Boſton* in Tractatu Stigmat. et p. 79 — 81. duabus rationibus firmare voluit. Primo ex eo, quod miniſtris non deſignantur diverſi conjunctionis gradus, concludit, accentuum analogiae maxime conſentaneum eſſe, ejusdem claſſis diſtinctivos pares eſſe, non impares. Sed mirum eſt, quod non concludit, diſtinctivos omnes eſſe dignitate pares. Deinde contendit, imparem ejusdem claſſis diſtinctivorum poteſtatem originariam cum ordine conſecutionis accentuum pugnare. Sed ipſe ditionum ordines mire confundit, quando v. g. Tbhirum ejusdem dignitatis ac Tiphcham facit.

§. 131.

Canon VI. *Omnis accentus ſubdiſtinctivus, in eadem domini ditione, quo remotior eſt a domino*

mino ſuo, eo magis et perfectius diſtinguit: quo propior domino, eo minus et imperfectius. Ita Wasmuthus p. 28. 29. De repetitione ejusdem ſubdiſtinctivi jam dictum eſt in §. 125, hic autem de poteſtate et valore diſtinguendi agitur. Eſt autem hic Canon maximi momenti, cujus neglectus falſas interpretationes haud raro peperit.

§. 132.

His addo tres Canones alios de conſecutione ſubdiſtinctivorum ordinaria, qui ex ipſo accentuum ſyſtemate et analogia intelliguntur et demonſtrantur, et quorum uſus eſt in judicanda diſtinctione ſingulari, de qua in Cap. IX. agitur.

Canon VII. Subdiſtinctivi locum non habent, niſi ſequatur eorum diſtinctivus, adeoque in aliena ditione non occurrunt.

Canon VIII. Major ſubdiſtinctivus non habet locum, niſi minor in ditione ſequatur.

Canon IX. Subdiſtinctivorum in ditione talis ordo obſervatur, ut maximus veniat ante majorem, major ante minorem, et minor proxime ante ditionis dominum, vel ante minimum in metricis.

CAPUT

V	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	—	—
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

AD CAP. VII. pag. 111.

TABULA CONSECUTIONIS ACCENTUUM PROSAICORUM ORDINARIAE.

	Diſtinctivi.		Miniſtri.		Subdiſtinctivi minores.	Subdiſtinctivi majores.	Subdiſtinctivi maximi.
	Nomen.	Figura.	Nomen.	Figura.	Nomen.	Nomen.	Nomen.
Claſſis I.	סִלּוּק Silluc cum Soph Paſuc.	ֽ׃	מֵרְכָא Merca.	֥	Tiphcha.	Sakeph.	Sakeph.
	אַתְנָח Atnach.	֑	מוּנָח Munach.	֣	Tiphcha.	Sakeph.	Segolta.
Claſſis	סְגוֹלְתָא Segolta	֒	Munach.	֣	Sarka.	Rbhia.	Rbhia.
	שַׁלְשֶׁלֶת Schalſchelet	׀ ֓ cum	Pſik in di	tione	unius vocabuli.		
	זָקֵף						

CAPUT VII.

SYSTEMA ACCENTUUM PROSAICORUM.

Sectio I. de Paſuco Hebraico, §. 133 - 141.
Sectio II. Ditio Silluci, 142 - 147.
Sectio III. Ditio Atnachi, 148 - 158.
Sectio IV. Ditio Segoltae, 159 - 165.
Sectio V. Ditio Sakephi, 166 - 177.
Sectio VI. Ditio Tiphchae, 178 - 185.
Sectio VII. Ditio Rbhiae, 186 - 209.
Sectio VIII. Ditiones Sarkae, Paſchtae et Tbhiri, 210 - 233.
Sectio IX. Ditio Paſchtae, 234 - 237.
Sectio X. Ditio Tbhiri, 238 - 241.
Sectio XI. Ditiones Gereſchi et vicariorum ejus, 242 - 251.
Sectio XII. Ditiones acc. Paſer, Tliſcha magni et parvi, 252-255.

SECTIO I.

DE PASUCO HEBRAICO.

Paſucus quilibet accentuum ſyſtema complectitur, quod Silluco obſignatur, §. 133.
Paſucis Hebraicis plerumque periodus continetur, 134.
Attamen etiam periodi duae pluresve uno Paſuco includuntur, 135.
Vel una periodus aut propoſitio per duos pluresve Paſucos continuatur, 136. 137.
Paſucus Atnacho in duo hemiſtichia aequalia diſtinguitur, 138.
Atnachus pro Silluco in fine periodi, ut hic in media periodo veniat, 139.
Atnachus in ſecunda Paſuci ſectione, ubi in prima Segolta apparet, 140.
Quibus legibus Atnachus ſcriptus vel omiſſus ſit, 141.

§. 133.

§. 133.

Sicut periodus partium et membrorum aliquod ſyſtema exhibet, quae ad ſe mutuo veluti partes circuli ad ſuum centrum vergunt, et ſic perfectam abſolutamque ſententiam efficiunt, quare in extremo mora longior, quam ad partes et membra, eaque cum reſpiratione tenenda eſt: Ita Paſucus quilibet Hebraicus accentuum certo ordine cohaerentium et ſibi ſuccedentium ſyſtema complectitur, quod nexui et reſpectui partium orationis accommodatum, in ejus principio inchoatur, in extremo autem vocabulo perficitur, et mora maxima, quam Silluc cum Soph Paſuc denotat, obſignatur. Quam ob cauſam Th. Boſton et alii Paſucum non male periodum Hebraicam dixerunt.

§. 134.

Paſucis Hebraicis ſingulis periodus completa plerumque continetur, et ſupponi poteſt ubivis, Silluco periodum abſolvi, niſi rationes ſingulares impediant. Imo vero textus Hebraicus ita transferendus eſt, ut ſenſus abſolutus et plenus ad Sillucum appareat, et poſt eum alia periodus incipiat. Quam hypotheſin omnino in libris metricis admitti poſſe exiſtimo, ut ſingulis Paſucis, qui plerumque breviores ſunt, et ſaepius unica propoſitione conſtant, periodus exhiberi ſupponatur, niſi orationis indoles vel particularum uſus Paſucorum nexum arctiorem prodiderit.

§. 135.

§. 135.

Attamen non adeo his legibus ſeſe adſtrinxerunt auctores ſacri, quin ſibi integrum eſſe exiſtimarint, duas vel plures periodos breviores, quod earum nexum arctiorem indicare vellent, uno Paſuco includere. Sic uno Paſuco continentur

periodi duae: Gen. I. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 24. 25. 30. 31. II. 14. 23. III. 1. 6. 7. 11. 13. 14. 19. 22. —

periodi tres: Gen. XXII. 1. 7. XXIV. 65. XXVII. 1. XXIX. 25. 35. XXX. 31. XXXI. 37. 46. XXXV. 10. —

periodi quatuor: 2 Sam. II. 1. Amos VI. 10.

§. 136.

Contra ea Silluco etiam in media periodo locus eſt, et obſervatur nonnunquam una periodus per duos pluresve Paſucos continuari, quod indicio eſt, has periodi unius partes cum mora notabili interjecta pronunciatas diſtincte debere et cum majori attentione conſiderari. Inprimis quando in oratione ordinaria Atnachus in periodo locum habet, ejusque ditio, cui emphaſis ineſt, cum gravitate et majori interjecta mora pronunciari debet, hoc alio modo indicari non poterat, quam ſi accentus proxime major, Sillucus, pro eo ſcriberetur. Ita periodus per duos pluresve Paſucos continuatur: Gen. XIV. 1. 2. XXII. 16. 17. XXIV. 43. 44. Exod. IX. 2. 3. XII. 26. 27. XIII. 11. 12.

XXI. 5. 6. XXII. 9. 10. XXXI. 3. 4. 5. Levit. IV. 2. 3. V. 21. 22. 23. Num. V. 12 - 15. XV. 2. 3. 4. Devt. VI. 10. 11. 12. XI. 2 - 6. —

§. 137.

Nonnunquam etiam propoſitio per duos pluresve Paſucos diſtrahitur. Quodſi enim ad Paſucum unum vel plures contiguos Verbum finitum deeſt, nec ſuppleri commode poteſt, ad propoſitionem et Verbum Paſuci prioris vel poſterioris pertinent. Quando vero ſic intra unam propoſitionem Sillucus ſemel aut aliquoties ſcriptus eſt, deſignatur emphaſis, quae ſtudio adhibito eſt inquirenda et evolvenda. Et quamvis ratio emphaſeos ſaepe nobis ignota ſit, ea tamen non fuit omnino nulla. Nam quod etiam *Venzkius* p. 142. ſequ. bene obſervat, Nomina propria et conceptus alii accentu majoris dignitatis notabantur, ut eis ex ratione tum cognita ſua meditatione immorarentur Judaei, dum quadam cum gravitate et mora propoſitionis membra pronunciarentur. Deinde ſupponi poteſt, nomina locorum, perſonarum et rerum, quae uno Paſuco comprehenduntur, cognatione quadam et ſimilitudine fuiſſe conjunctà, et eorum quaſi claſſes per Sillucos diſtinctas diligenter et diſtincte conſiderandas fuiſſe. Ita propoſitio una continuatur: Gen. IX. 9. 10. X. 13. 14. XXV. 13. 14. 15. XXXII. 10. 11. XXXVI. 2. 3. XLIX. 29. 30. Exod. I. 1 — 4. XXV. 3 — 7.

XXX.

XXX. 26. 27. 28. XXXI. 7 - 11. XXXV. 5 - 9. 10 - 19. XXXIX. 33 - 41. —

§. 138.

Atnachus eſt in libris proſaicis accentus dignitate proximus a Silluco, qui tamen non ad hujus ditionem pertinet, ſed Paſucum integrum in duo hemiſtichia diſtinguit. Scriptus eſſe obſervatur eo in loco, ubi Paſucus in duas partes aequales, non quidem magnitudine, ſed ſenſu dividitur, quod ibi maxima diſtinctio incidit.

§. 139.

Verumtamen Atnacho nonnunquam diſtinguendi poteſtas major quam Silluco tribuenda eſſe videtur, quando periodus aut propoſitio per duos pluresve Paſucos ita diſtrahitur, ut illius membro priori vel poſteriori adhaereat periodus brevior, ſitque non Sillucus, ſed Atnachus in confinio periodorum. Hoc pacto periodi coaleſcunt, cujus rei ratio nonſolum in aequalitate membrorum et Paſucorum obtinenda, et obſervando pronunciationis decoro, (§. 95.) ſed etiam in ipſa ſententiarum diſtinctione quaerenda eſt. Nam periodus illa brevior ex mente auctoris ſacri ſpectat magis ad illud periodi majoris membrum declarandum, cui in eodem Paſuco adhaeret, vel dimidium periodi majoris adjunctam habet emphaſin, quae alio modo non poterat deſignari, niſi Sillucum in locum Atnachi ſubſtituendo.

do. Efficiendum tamen eſt commoda translatione, ut cum Silluco periodus deſinat, priusquam periodos coaleſcere ſtatuamus. Sic

I.) periodus brevior A cum priori membro periodi B uno Paſuco, hujus autem membrum alterum alio Paſuco comprehenditur, v. g.

Gen. XXIV. 43. Ecce ego conſiſtam ad fontem aquarum. Quodſi puella egreſſa fuerit ad hauriendum, et illi dixero — v. 44. illa vero dixerit mihi — : illa ſit uxor, quam deſtinaverit Jehova filio heri mei.

Jeſ. VIII. 20. Ad legem et ad teſtimonium (reſpondeant). Niſi locuti fuerint juxta verbum hoc, quod non habet obſcuritatem: v. 21. transibit (eorum quisque) in ea (terra) ſorte dura preſſus et famelicus, et, cum eſuriverit —

Vid. loca ſimilia: Gen. XXIII. 10. 11. Jer. XLII. 15. 16. Ezech. XXV. 3. 4. Nehem. XI. 4. 5.

II.) Periodus brevior B cum poſteriori membro periodi A uno Paſuco includitur, v. g. Gen. I. 17. 18. XXVI. 28. 29. Exod. XXI. 18. 19. Levit. XIII. 12. 13. item 24. 25. Num. XVII. 9. 10. XXI. 17. 18. XXXI. 22. 23. XXXII. 20. 21. 22. XXXV. 20. 21. 1 Sam. XV. 10. 11. 2 Sam. XI. 19. 20. 21. 1 Reg. XII. 22. 23. 24. Jerem. XI. 3. 4. 5. XVI. 14. 15. Ezech. XI. 19. 20. XIV. 10 — 13. Hagg. II. 10. 11. 12. Job. XXXI. 39. 40.

Nonnunquam periodus longior A conſtat unica propoſitione, quae per duos pluresve

Paſu-

Paſucos diſtrahitur, in quorum ultimo poſt Atnachum periodus altera adjecta eſt, v. g. Gen. X. 15. — 18. 26 — 29. XXXVI. 15. 16. it. 40 — 43. Joſ. XV. 21 — 32. XVIII. 21 — 28. 2 Sam. XVII. 27 — 29. XXIII. 24 — 39. 1 Reg. XI. 1. 2. Jer. XXV. 18 — 26. Nehem. X. 2 — 9. XI. 25 — 30. XII. 1 - 7. —

§. 140.

Occurrunt etiam loca nonnulla, ubi Atnachus non in maxima Paſuci ſectione, ſed in proxime minori extat, quae in duas claſſes diſtinguenda ſunt, quia Atnachus vel ante dimidium Paſuci ordinarium vel poſt illud ſcriptus eſt.

I. Si Atnachus apparet ante Paſuci dimidium, non alia cauſa eſt niſi emphaſis, quae cum Atnachi membro conjuncta eſt, et alio modo deſignari non poterat, v. g. Gen. I. 21. IV. 11. VII. 13. XIII. 13. Exod. XXXV. 23. Jeſ. LIV. 1. Amos IV. 10.

II) Si Atnachus poſt Paſuci dimidium in proxime minoris ſectionis termino ſcriptus eſt, non tam emphaſeos cauſa hoc accidiſſe credo, quam potius ad obſervandum pronunciationis decorum, quod omnino laederetur, ſi ditio Silluci foret juſto longior, et Atnachi ditionem numero vocabulorum nimium ſuperaret. Incommodo huic occurritur, quum Atnachus in proxime minori ſectione collocatur, et propius ad Sillucum accedit, quo facto in dimi-

dio Paſuci ordinario Segolta locum ſibi proprium vindicat. (§. 94.)

§. 141.

Atnachus non in Paſucis omnibus extat, ſed ſaepius abeſt. Quamvis autem de textu Hebraico accentibus inſtruendo non ſimus ſolliciti, ſed rationem et poteſtatem accentuum, ut ſcripti ſunt, explicemus; tamen operae pretium eſt, invenire leges, quibus Atnachus ſcriptus aut omiſſus ſit, ut emphaſin aut πάθος orationis judicare queamus. Equidem nonnulli, ut *Waſmuthus* p. 73 — 78. *Reinbeckius* p. 7 — 37. *Ouſeelius* p. 53 — 85. operam ſuam ſtudiumque in id contulerunt, ut has leges invenirent, ſed in initiis negotium perſtitit. Cumque ipſe hoc conſilio loca pleraque omnia inter ſe comparata ſedulo perluſtraverim, nunc, quae certiora videntur, aliquot obſervationibus ſuccincte proponam. Nam

1.) certum eſt, Atnachum neceſſario ſcriptum eſſe in fine periodi, etiam in Paſuco breviori vel in proximo a Silluco vocabulo, v. g. Gen. I. 3. 4. 5. 7 — 12. 15. 18. 24. 25. 30. 31. II. 14. 21. III. 7. 13. IV. 2. 8. 9. 15. 25. X. 18. 29. XII. 8. XIV. 20. XXVII. 23. —

2.) In Paſuco longiori, qui duas pluresve propoſitiones in ſe continet, Atnachus ſine emphaſi ſcribitur, niſi veniat in vocabulum penultimum, ut

Gen. I. 2. 6. 14. 20. 22. 26 — 29. II. 2 — 5. 7 — 13. 15 — 20. 23. 24.

Hinc

Hinc quando Atnachus hoc loco abeſt, quod raro fit, πάθος aliquod vel nexus membrorum arctior ſignificatur, v. g. Jerem. XXXIX. 1. Cant. VI. 12. Cohel. V. 17. 1 Par. XVI. 10. 2 Par. VIII. 7. XXI. 16. XXIII. 1.

3.) In Paſuco hujusmodi breviori, qui fere ſeptem vel octo vocabula non excedit, Atnachus cum emphaſi ſcribitur, quae eo major eſt, quo propius ille ad Sillucum accedit. Sic venit Atnachus in vocabulo quarto, quinto — a Silluco:

Gen. II. 6. III. 2. 9. 18. IV. 13. 16. XV. 6. — in vocabulo antepenultimo: Gen. I. 17. II. 22. 25. III. 4. VI. 9. IX. 20. XXXI. 45. Exod. XIV. 7. XXIX. 8. XXX. 33. 38. —

in vocabulo penultimo: Gen. III. 3. Exod. XXII. 23. XXXVI. 7. Lev. XIII. 18. XXI. 4. Devt. XXII. 28. 1 Sam. XXV. 9. 2 Sam. X. 4. 1 Reg. XVIII. 14. Jeſ. VIII. 17. Jer. XXVIII. 10. XLI. 13. LI. 34. Ezech. VII. 21. XVI. 17. Hagg. II. 5. Nehem. VIII. 11.

4.) In Paſuco longiori, qui unica propoſitione conſtat, ſine emphaſi Atnachus ſcribitur, ſi ante Sillucum praeterea Sakeph locum habet in ſectione ſecunda, v. g.

Gen. I. 16. XL. 2. 3. 5. Exod. XXIX. 27. XXX. 6. Jeſ. XXII. 12. 24. Jer. VIII. 3. XIV. 8. XV. 4. XIX. 13. XXII. 2. XXV. 13. 20. —

Sed quando hac conditione Atnachus abeſt, et pro eo Sakeph repetitur, πάθος aut nexus arctior denotari videtur, ut Cohel. VIII.

VIII. 2. Dan. V. 30. Eſrae II. 3. 7. 12. 31. 35. 38.

5.) Si vero ſectio Paſucı ſecunda in vocabulum antepenultimum vel penultimum incidit, et

a.) illa Tiphcha notata eſt, Atnachus non caret emphaſi, v. g. Gen. I. 1. VI. 10. VII. 7. 13. VIII. 4. 22. X. 22. XI. 28. XII. 1. 17. XIV. 3. XVI. 7. XIX. 24. XX. 18. XXI. 11. —

b.) Major emphaſis cum Atnacho conjuncta eſt, quando eum excipit Sakeph in vocabulo antepenultimo:

Gen. VIII. 19. IX. 28. XIV. 6. XIX. 25. XXVI. 15. 26. Exod. V. 6. XXIII. 17. XXV. 6. XXVI. 28. Lev. I. 8. VII. 17. —

c) Adhuc major emphaſis deſignari videtur, quando ipſe Atnachus venit in vocabulo antepenultimo:

Gen. VII. 21. VIII. 14. IX. 9. 12. X. 2. 5. 10. XIII. 15. XVII. 26. 27. XXIV. 18. XXV. 2. Exod. XIV. 23. XVIII. 2. XXVI. 20. 34. 36. —

d.) In vocabulo ſecundo ante Sillucum Atnachus cum emphaſi ſingulari occurrit: Exod. XXXIX. 24. Hoſ. XI. 6.

6.) In Paſuco breviori quatuor, quinque aut ſex vocabulorum (nam in Paſuco trium, et unico Num. XXVI. 11. duorum vocabulorum prorſus non habet locum,) Atnachus cum emphaſi occurrit, quae eo major eſt, quo propius ad Sillucum accedit, vel quo

quo minor vocabulorum in Paſuco numerus eſt.

Ita apparet in Paſuco

ſex vocabulorum: Gen. IX. 4. 8. X. 13. XXI. 28. 34. XXXVI. 41. 42. Exod. I. 6. XVI. 2. XX. 1. Num. XVII. 8. XXI. 21. XXVI. 53. —

quinque vocabulorum: Gen. VI. 8. X. 15. XXIII. 7. XXV. 15. XLII. 17. Exod. I. 13. VII. 8. XVII. 13. XX. 3. XXIII. 6. 14. —

quatuor vocabulorum: Gen. II. 1. VIII. 15. X. 16. XV. 19. 21. XIX. 36. XXIII. 12. XXV. 5. Exod. I. 2. 4. VI. 10. XII. 45. 47. —

SECTIO II.

DITIO SILLUCI.

§. 142.

In ſectione prima usque ad penultimam venit Sakephus major ſubdiſtinctivus, unde occurrit Sakephus

unus, Geneſ. I. 2. 4. 6. 20. 21. 22. 25. 26. 28.

duplex, Gen. II. 5. 9. III. 17. 24. IV. 1. 2. 17. 20. 21. 25.

triplex, Gen. III. 1. IX. 16. XXVII. 42. XLIV. 16.

quadruplex, 2 Sam. XVII. 9. 2 Reg. I. 3.

§. 143.

Si ultima ſectio in vocabulum antepenultimum incidit;

 1.) ve-

1.) venit Tiphcha, ſubdiſtinctivus ordinarius, tum in media propoſitione, Geneſ. I. 1. 2. 4. 5. 8. 13. 19. 20. 22. 23. 26. 27. 28. 31. tum in fine propoſitionis, quae cum poſteriori vel ſua natura, (§. 34.) vel ex conſilio auctoris ſacri arctius conjungi debet, Geneſ. II. 14. 17. 19. III. 22. VI. 7. 22. VIII. 21. IX. 1. 11. XI. 2. 31. XII. 12. XVI. 1. 3. XVII. 1. —

2.) occurrit Sakeph, tum in fine propoſitionis, Gen. II. 5. 11. 15. III. 16. 19. IV. 5. 7. V. 2. VII. 6. 19. 23. VIII. 1. IX. 15. — tum in media propoſitione, ſi membrum prius eſt cum emphaſi conjunctum, vel tonus eſt in vocabulo antepenultimo, idemque nonnunquam cum emphaſi, (§. 88.) vel conceptus diſtincte perpendendi ſunt, Geneſ. I. 14. 16. IV. 4. VII. 10. 12. VIII. 19. IX. 6. 28. X. 16. 18. XI. 9. 26. —

§. 144.

Sectio ultima in vocabulo penultimo Tiphcha notatur, Gen. I. 6. 10. 12. 18. 21. 25. 29. II. 1. 3. 18. 20. 21. 23.

Not. 1 Par. II. 53. ubi extra ordinem eſt Sakeph.

§. 145.

Sillucus ſervum ſumit Mercam, quoties ultima ſectio ditionis in voc. antepenultimo Tiphcha notata eſt. Conf. §. 143. num. 1. Notentur autem loca, in quibus Pſik additum eſt, Exod.

Exod. XVI. 5. XVII. 15. XXIII. 17. Devt. VI. 4. 2 Reg. III. 16. Jer. XI. 5. XXIII. 6. —

§. 146.

Pro Merca Silluci ſervo venit Tiphcha

1.) quando in voc. antepenultimo Sakephus ſcriptus eſt, §. 143. num. 2.

2.) in ditione duorum vocabulorum, §. 96. Gen. I. 17. II. 22. 25. III. 4. V. 6. 9. 12. 15. 18. 21. 25. 28. VI. 6. 9. —

§. 147.

Sillucus unicum vocabulum ſua ditione comprehendit, quoties Atnachus venit in vocabulum penultimum. Vid. §. 141. num. 1. 3. Notentur loca, ubi Sillucus in ſuo vocabulo Tiphcham adſciſcit, Levit. XXI. 4. Num. XV. 21. Jeſ. VIII. 17. Hoſ. XI. 6. 1 Paral. II. 53.

SECTIO III.

DITIO ATNACHI.

§. 148.

Atnachi ditio maximam partem iisdem accentibus eadem ratione ac ditio Silluci diſtinguitur. Nam in ſectione prima usque ad penultimam venit Sakephus ſubdiſtinctivus major, unde occurrit Sakephus

unus, Gen. I. 2. 5. 6. 10. 12. 16. 24. 26. 27. 29. 30.

duplex,

duplex, Gen. I. 14. 18. 20. III. 1. 7. 11. 19. IV. 7. 22. 25.
triplex, Gen. IX. 23. XII. 7. XIX. 8. XXVI. 24. XXVII. 36.
quadruplex, unico in loco, 2 Par. VIII. 13.

§. *149.

Pro Sakepho primo ſaepe certis conditionibus occurrit *Segolta*, tanquam ſubdiſtinctivus Atnachi maximus,
ante Sakephum unum, Gen. II. 23. III. 3. 14. VI. 4. VIII. 21. XIV. 17. XIX. 4. 19. XXI. 17. XXII. 9. XXIV. 15. 30. 47. —
ante Sakephos duos, Gen. I. 7. III. 17. XVI. 5. XX. 13. XXIII. 16. XXIV. 7. XXIX. 8. XXX. 16. XLII. 16. —
ante Sakephos tres, Num. XVI. 28. Jud. IV. 22. 1 Reg. XIII. 31. Jer. LII. 30. Ezech. VI. 9. XI. 17. XX. 41. —
ante Sakephos quatuor, 2 Reg. I. 6. Ezech. XLVIII. 10.

§. 150.

Hic autem praemittendae ſunt nonnullae obſervationes:

I. *Segolta merito pro maximo Atnachi ſubdiſtinctivo habetur.* Quod quidem *Reinbeckius* Cap. II. §. 85. *Venzky* p. 52. et *Boſton* p. 95. negant, dicuntque, eſſe potius dominum abſolutum et Atnacho minime inferiorem, ſed parem dignitate. Sed rationibus admodum infirmis utuntur.

II. *Se-*

II. *Segolta in ditione Atnachi nonnunquam occurrit, ubi non venit poſt eum Sakeph.* Sed hoc non impedit, quin dici poſſit maximus Atnachi ſubdiſtinctivus, quia etiam alibi ſubdiſtinctivus maximus, omiſſo majori, videlicet Paſer et Merca Mapachatus ſolet ſcribi. Talia ſunt loca: Gen. I. 28. XVII. 20. XXVI. 28. XXVII. 33. XXX. 40. 41. XXXI. 32. XLI. 45. XLII. 21. XLIII. 34. —

III. *Segolta non habet locum, niſi Atnachus in Paſuco adſit,* per Can. VII. §. 132. Non obſtant loca Job. I. 8. et Eſrae VII. 13. Nam in loco priori lectio melior in איוב Atnachum exhibet, Segolta autem ex Job. II. 3. irrepſiſſe videtur. In loco altero dimidium Paſuci poſt טעם incidere certiſſimum eſt, ibique Atnachum requiri. Sed ne Silluci ditio magnitudine nimis excreſceret, pro eo poſitus eſt Segolta, Atnacho ad עמך collocando, §. 140. Quamquam autem Atnachus in vocabulo Paſuci penultimo ſaepe ſcriptus eſſe obſervatur, hic tamen illud non potuiſſe fieri exiſtimo ob vocabulum ultimum monoſyllabum, qua conditione nullibi Atnachus in vocab. penultimo occurrit. Igitur Tiphcha in locum ejus ſucceſſit tanquam vicarius, Segolta autem manſit, ac ſi Atnachus ad עמך ſcribi potuiſſet.

IV. *Non ſolet ante Segoltam ſcribi Sakephus.* Nam hic ad Segoltae ditionem non pertinet, neque etiam ante ſubdiſtinctivum maximum analogia permittit repeti majorem. Objiciunt hic loca Exod. XX. 2. et Devt. V. 6. in praecepto-

ceptorum diſtinctione. Sed haec diverſitas me parum movet, cum mihi Decalogi diſtinctio ſecundum praecepta non videatur eſſe a viro θεοπνευϛω, ſed ab aliquo Judaeorum magiſtro conſecutionis accentuum non ſatis gnaro. Quod attinet loca reliqua, quae opponuntur, Dan. III. 27. ſphalma manifeſtum eſt, 1 Sam. XI. 11. et 2 Par. XIV. 7. in quibusdam editionibus Sakeph pro Rbhia irrepſit, et Gen. XX. 13. in ויהי codices meliores Geraſchaim oſtendunt.

§. 151.

Non opus eſt, ut ſciamus omnes aut inveſtigemus conditiones, quibus locum Segolta inveniat, quia non ſumus de adſcribendis accentibus ſolliciti. Sufficiat hic ſaltem aliquas a poſteriori, quod ajunt, cognitas deſignaſſe. Nam

1.) Segolta ſcriptus eſt in loco Atnachi ordinario ſine emphaſi, quando hic extra ordinem in ſecunda Paſuci ſectione poſitus eſt, (§. 140.) v. g. Gen. I. 28. VIII. 21. XVII. 20. XIX. 4. XXI. 17. XXIII. 16. XXIV. 15. XXVII. 33. XLIII. 11. 18. XLV. 9. XLVII. 1. 18. 29. —

2.) Segolta occurrit plerumque eo in loco, ſine emphaſi, ubi etiam Atnachus ex analogia ſectionis collocari poterat, qui vero jam propius apud Sillucum ex arbitraria diſtinctione ſedem nactus eſt. (§. 140.) Hic Segolta plerumque eſt ad propoſitionem prooemialem, vel

vel ad Protaſin, ſi membra Apodoſeos ad eam ſeparatim referuntur: Gen. II. 23. XX. 13. XXII. 9. XXIV. 15. XXIX. 8. XLIII. 16. XLIV. 1. 4. Exod. II. 3. 7. III. 15. VI. 6. VIII. 1. 12. 17. IX. 8. 23. XIV. 2. 21. XVIII. 10. Lev. IV. 2. VI. 3. X. 12. XVI. 2. XX. 2. XXV. 28. 30. —

3.) Quando Atnachus venit ad extremum periodi, tum, ſi ejus ditio duas periodos complectitur, in ultimo prioris vocabulo Segolta ſcriptus eſt ratione ordinaria et ſine emphaſi, ut Gen. XVI. 5. XXIV. 47. XXVI. 28. XXIX. 33. 34. XXXI. 32. 41. Exod. IV. 11. XVII. 6. XXIII. 15. Lev. VII. 18. Num. I. 50. III. 13. XI. 18. 25. — Conf. §. 467.

4.) In locis aliis Segolta ad denotandam emphaſin ſcriptus eſſe cogitari poteſt, videlicet intra duo periodi membra, v. g. Gen I. 7. III. 14. XXVI. 28. XXX. 16. 20. 41. XLI. 45. intra duas propoſitiones, Gen. III. 3. 17. XIX. 19. XXIV. 30. Exod. VI. 13. X. 15. XII. 12. 17. 22. 23. in media propoſitione, Gen. XIV. 17. Exod. III. 8. 17. IV. 10. XI. 5. XII. 29. Lev. III. 9. in medio conceptu, Gen. XXIV. 7. Exod. XXXV. 29. 2 Reg. XXIII. 13. Jer. XLIII. 6. Eſrae V. 14. VI. 5. 17.

§. 152.

Nullibi reperitur Segolta in ditione unius vocabuli, unde ratione probabili colligi poteſt,

Schalſchelet cum Pſik, qui accentus Gen. XIX. 16. XXIV. 12. XXXIX. 8. Lev. VIII. 23. Jeſ.

Jeſ. XIII. 8. Amos I. 2. Eſrae V. 15. in prima ſectione ditſonis Atnachi in ditione unius vocabuli ante Sakephum poſitus obſervatur, Segoltae vicarium eſſe, qui, ſicut alibi Segolta, eo in loco extat, ubi etiam Atnachus ſcribi poterat. Eodem modo jam alii de hoc accentu opinati ſunt, ut Val. *Schindlerus* in Tractatu de accentibus p. 11. *Speidelius*, et *Wagnerus* in Medulla accent. Hebr. p. 16. Sed accentuum doctores reliqui tantum non omnes acc. Schalſchelet vicarium Rbhiae eſſe volunt. Et ne quid diſſimulem, ſectionum proportio, quae in his locis arbitraria eſt, Rbhiam non reſpuit. Cum vero alioquin Rbhia ſit in ditione unius vocabuli, ſimulque in principio Paſuci, et ad Verbum cum ו Converſivo, non video, cur in locis, ubi Schalſchelet eſt, Rbhia ſcribi non potuiſſet.

§. 153.

Si ultima ſectio ditionis Atnachi in vocabulum antepenultimum incidit, 1.) venit Tiphcha, ſubdiſtinctivus ordinarius, tum in media propoſitione, Gen. I. 2. 5 6. 7. 10. 14. 17. 18. 20. 27. 29. II. 2. 5. 6. 7. 9. 14. 20. —

tum in fine propoſitionis, quae cum poſteriori vel ſua natura, (§. 34.) vel ex conſilio auctoris ſacri arctius conjungi debet, Gen. III. 13. IV. 10. 17. VI. 12. 19. IX. 25. XI. 2. XII. 5. 11. 12. 13. XIII. 6. 18. XV. 13. XVI. 8. 11. —

2) occurrit Sakeph, tum in fine propoſitionis, Gen. I. 9. 15. 31. II. 3. 19. IV. 14. VI. 4. 21. IX. 27. XI. 3. 4. 10. —

tum

tum in media propoſitione (§. 143. num. 2.) Gen. I. 21. II. 16. 23. 25. IV. 2. 15. 18. 23. V. 1. 5. VII. 6. 20. VIII. 2. IX. 1. 13. 29. —

§. 154.

Sectio ultima in vocabulo penultimo Tiphcha notatur, Gen. I. 3. 4. 8. 11. 12. 16. 22. 24. 25. 26. 28. 30.

Not. Num. XXVIII. 26. ubi extra ordinem eſt Sakeph.

§. 155.

Atnachus ſervum ſumit Munachum, quoties ultima ſectio ditionis in voc. antepenultimo Tiphcha notata eſt. Conf. §. 153. num. 1. Notentur loca, in quibus Pſik additum eſt, Gen. XVIII. 15. 21. XXII. 11. 14. XLVI. 2. Num. III. 2. 1 Sam. II. 19. III. 10. IX. 10. XVIII. 10. —

§. 156.

Nonnunquam duo vocabula ante Atnachum Munacho notata reperiuntur, ut Tiphcha demum veniat in voc. quartum, ſed codices in quibusdam locis diſſentiunt, et pro altero Munacho Makkeph exhibent. Loca citantur haec: Exod. III. 4. XII. 39. Num. XXII. 36. Devt. XXXI. 23. 1 Sam. XVII. 39. XXVIII. 13. 2 Sam. XII. 19. 1 Reg. XXI. 16. 2 Reg. I. 4. XI. 1. Jeſ. XLVIII. 11. LIV. 4. Ezech. VIII. 6. Amos III. 8.

§. 157.

Pro Munacho Atnachi ſervo venit Tiphcha

1) quando in voc. antepenultimo Sakephus ſcriptus eſt. Conf. loca §. 153. num. 2. citata.

2) in ditione duorum vocabulorum, Gen. III. 12. 24. VI. 22. VII. 5. VIII. 7. 16. X. 3. 6. 23. XIV. 19. XV. 6. 7. —

Hic in Atnachi vocabulo pro Methego Munachus apparet, Gen. XXX. 11. Hoſ. VII. 15. 1 Par. V. 20.

§. 158.

Atnachus unicum vocabulum ſua ditione comprehendit, Gen. XV. 8. XVIII. 3. XIX. 7. XXIV. 34. XXX. 28. Lev. VIII. 19. XXII. 19. Devt. XI. 27. Joſ. XV. 33. 48. 61. —

Notentur loca, ubi Atnachus in ſuo vocabulo Tiphcham adſciſcit: Gen. VIII. 18. 2 Reg. IX. 2. Ezech. VII. 25. X. 13. XI. 18. Ruth. I. 10. 2 Par. XX. 8.

SECTIO IV.

DITIO SEGOLTAE.

§. 159.

In ſectione penultima occurrit Rbhia, Gen. III. 17. XX. 13. XXII. 9. XXIV. 7. 15. 30. 47. XXVI. 28. XXX. 20. 41. XLIII. 11. 18. 29.

Si vero ante penultimam una pluresve ſectiones majores dantur, a prima usque ad penultimam Rbhia ſecundum analogiam erat repeten-

tendus (§. 125.) Sed pauca haec loca cum Rbhia duplici occurrunt, ubi Rbhia poſterior quatuor vel plura vocabula ſua ditione comprehendit: 1 Sam. XXI. 10. 1 Reg. IX. 9. Dan. V. 23. 2 Par. VII. 22.

§. 160.

Sed in locum Rbhiae poſterioris, qui venit in ditionem pauciorum vocabulorum, Sarka vel Paſchta ſubſtituitur, cujus rei ratio in modo antiquae pronunciationis nobis non cognitae quaerenda eſſe videtur, quae vel injucunda vel difficilis erat, ſi Rbhia duplex vel triplex ſtatim juxta ſe exprimendus eſſet. Ita

1) Sarka ſubſtituitur, quando eſt cum ſubdiſtinctivo, vel Sarka poſterior ſubdiſtinctivo caret, Gen. XLII. 21. Exod. XII. 29. Joſ. XXII. 5. 2 Sam. XIX. 44. 2 Reg. I. 6. 16. IV. 13. XV. 29. Jeſ. XX. 2. XLV. 14. Jer. XXI. 4. Job. I. 5.

2) Paſchta pro Rbhia ſcriptus eſt, qui alioquin ad Sakephi ditionem pertinet, quando ſubdiſtinctivo caret, Sarka autem, qui eſt in ſectione ultima, ſubdiſtinctivum habet, Devt. XII. 18. Joſ. XVIII. 14. 1 Sam. XIV. 45. 2 Sam. III. 8. 1 Reg. XII. 10. XVIII. 21. 2 Par. X. 10.

§. 161.

Si ultima ſectio ditionis Segoltae in vocabulum antepenultimum incidit,

1) venit Sarka, ſubdiſtinctivus,

 tum

tum in media propoſitione, Gen. III. 17. VI. 4. VIII. 21. XX. 13. XXI. 17. XXIV. 7. 15. 30. XXVII. 30. 33. XXX. 20. 40. 41. — tum in fine propoſitionis, (§. 143. num. 1.) Gen. III. 3. 14. XVI. 5. XXIV. 47. XXIX. 8. 33. 34. Exod. IV. 10. VI. 6. VIII. 5. X. 15. —

2) occurrit Rbhia, tum in fine propoſitionis, Num. XXIII. 3. Devt. I. 11. IV. 39. Jeſ. XVIII. 2. Jer. III. 25. XVIII. 21. — tum in media propoſitione, (§. 141. num. 2.) Gen. XLVIII. 16. Exod. XXXVI. 2. Num. XXI. 5. Ezech. VI. 9.

§. 162.

Sectio ultima in vocabulo penultimo Sarka notatur, Gen. I. 7. 28. XIV. 17. XIX. 19. XXIII. 16. XXVIII. 6. 13. 16. —

§. 163.

Segolta ſervum ſumit Munachum, quoties in vocab. antepenultimo venit Sarka. Conf. §. 161. num. 1.

§. 164.

Nonnunquam duo vocabula ante Segoltam Munacho notata reperiuntur, ut Sarka in vocabulum quartum veniat, Gen. III. 14. XXII. 9. Exod. XVI. 29. Lev. IV. 31. VIII. 31. XVII. 5. Num. V. 27. Devt. VI. 2. IX. 28. XII. 1. 21. XIV. 23. —

Alteri Munacho Pſik additum eſt, (§. 115.) Gen. XXVI. 28. Exod. XXXV. 35. Devt. IX. 21. 1 Sam. XI. 7. Jer. XLIV. 25. 1 Par. XXI. 12.

§. 165.

Pro Munacho Segoltae ſervo venit Sarka;
1) quando in voc. antepenultimo Rbhia ſcriptus eſt. Conf. §. 161. num. 2.
2) in ditione duorum vocabulorum: Gen. II. 23. XVII. 20. XIX. 4. Exod. XII. 17. XIV. 11. XVIII. 10. Lev. V. 12. IX. 17. XIX. 19. Num. V. 12. XI. 21. XVI. 28. —

SECTIO V.

DITIO SAKEPHI.

§. 166.

In ſectione penultima occurrit Rbhia, Gen. I. 2. 9. 11. 14. 21. 22. 24. 30. II. 5. 11. 17. 20. III. 5. 6. 8. 15. 16. 24. —

Si vero ante penultimam una pluresve ſectiones majores dantur, a prima usque ad penultimam Rbhia ſecundum analogiam erat repetendus. (§. 125.) Ita occurrit *Rbhia duplex*, ubi Rbhia poſterior quatuor vel plura vocabula ſua ditione comprehendit, v. g. Gen. I. 29. XV. 13. Exod. XVI. 8. Num. XVII. 5. XIX. 2. XXII. 30. Devt. I. 19. 28. IV. 9. 19. XIII. 6. XVII. 8. Jud. I. 7. II. 20. VII. 5. 2 Sam. XX. 1. 1 Reg. VIII. 64. —

Deinde *Rbhia triplex* apparet uno in loco, 1 Reg. III. 11.

§. 167.

Sed in locum Rbhiae poſterioris, qui venit in ditionem fere pauciorum vocabulorum,

ſicut in ditione Segoltae, (§. 160.) Paſchta, cui tamen eadem diſtinguendi poteſtas competit, ſubſtituitur. Ita 1) quando Rbhia duplex ſcribendus erat, pro altero Paſchta venit in ditione unius, duorum vel trium vocabulorum: Gen. I. 7. II. 19. III. 22. VI. 7. VII. 11. 23. XI. 6. XVII. 23. XIX. 9. 14. XX. 6. — Exod. I. 10. III. 16. 18. IV. 14. VII. 16. 23. VIII. 24. X. 7. 24. XI. 1. XII. 31. XIII. 3. XIV. 2. 19. item in ditione quatuor vocabulorum, ubi etiam Rbhiae locus erat: Exod. VIII. 13. XXXIII. 12. Num. XXII. 5. XXVI. 58. Devt. XXIX. 17. Joſ. III. 16. IV. 7. Jud. VII. 13. XIII. 23. XIX. 9. Singularia ſunt loca, ubi Paſchtae vicarii ditio eſt quinque vel ſex vocabulorum: Devt. III. 21. 2 Sam. IX. 7. 1 Reg. XIV. 21. 2 Par. XII. 13. Jer. XXXVIII. 12.

2) Quando Rbhia triplex ſcribendus erat, venit Paſchta

pro Rbhia ſecundo, Gen. IX. 12. XVII. 19. Exod. IV. 18. Lev. VII. 21. Jud. XIV. 15. XX. 31. 1 Sam. I. 8. V. 8. X. 3. XX. 3. 12. —

pro Rbhia tertio: Lev. XXII. 3. Jud. XVI. 5. 1 Sam. XXIX. 3. 2 Sam. XI. 11. XVIII. 3. 9. 1 Reg. XX. 39. 2 Reg. VI. 32. X. 6. —

pro Rbhia ſecundo et tertio, 2 Reg. X. 30.

3) Quando Rbhia quater ſcribendus eſt, in ejus locum Paſchta ſubſtituitur, vel ſemel, 1 Par. XIII. 2. vel bis, 2 Sam. XIV. 7. 1 Reg. II. 24. vel ter, Eſrae VII. 25.

§. 168.

§. 168.

Jethibh eſt Paſchtae vicarius in ditione unius vocabuli monoſyllabi vel diſſyllabi penacuti, quod ab initio non habet Schua mobile nec Makkeph. Atque hac conditione etiam Jethibh loco Paſchtae occurrit pro Rbhia, qui eſt cum ditione pauciorum vocabulorum: Gen. XXII. 16. Lev. V. 2. Devt. I. 4. Joſ. X. 7. Jud. XV. 13. 1 Sam. XXX. 9. 2 Sam. XXIV. 24. 1 Reg. XX. 36. Jeſ. III. 16. V. 24. —

§. 169.

Si ultima ſectio ditionis Sakephi in vocabulum antepenultimum incidit, 1) venit Paſchta, ſubdiſtinctivus ordinarius, tum in media propoſitione, Gen. I. 7. 9. 14. 15. 16. 18. 20. 28. 29. 30. 31. II. 2. 3. 9. 10. 16-20. 23. III. 1. 5. 7. 8. 15. 16. 19. 22. pro quo ſcriptus eſt Jethibh ſuis legibus, (§. 168.) Gen. I. 11. II. 5. 11. III. 1. 5. 11. 15. 22. IV. 6. 10. VI. 9. IX. 2. 6. 22. — tum in fine propoſitionis ex ratione §. 143. num. 1. indicata: Gen. IV. 1. 8. 9. VI. 1. XII. 10. 19. XVI. 5. XVII. 1. 16. XVIII. 7. 12. 28-32. XIX. 1. 2. 5. 9. XXV. 6. XXIX. 31. 32. 33. —

2) occurrit Rbhia tum in fine propoſitionis: Gen. III. 5. VII. 17. XX. 8. XXII. 3. 13. XXIV. 47. 61. XXVII. 19. XXXI. 51. —

tum in media propoſitione, ex ratione §. 143. num. 2. Gen. I. 25. 26. II. 7. 21. 23. 24. IV. 18. VI. 15. 20. VII. 4. 14. 19. VIII. 19. IX. 12. 18. X. 16. XIII. 10. XIV. 17. XX. 14. —

Pro hoc Rbhia eſt Paſchta, quando alius Rbhia antecedit, (§. 167.) Gen. XXXV. 5. Exod. XXXVII. 16. Lev. XXII. 18. XXIII. 38. Devt. XIV. 28. Jud. II. 12. 2 Reg. XI. 12. Ezech. XX. 43. XLIII. 27. 2 Par. XXIII. 11.

§. 170.

Sectio ultima in vocabulo penultimo Paſchta notatur, Gen. I. 2. 5. 10. 11. 12. 14. 21. 22. 24. 27. II. 3. 5. 9. 14. 25. III. 3. 6. 14. 17. 19. 24. IV. 5. 7. 9. 12. 14. 15. 17. 18. 19. 23. 25. 26.

§. 171.

Sakeph talibus in locis, et quotieſcunque in vocabulo proximo Paſchta vel Jethibh antecedit, pro Methego primario, qui eſt ad vocalem longam aut brevem longae vicariam, non autem in prima voc. litera, Munachum adſciſcere obſervatur: Gen. IV. 12. VII. 21. IX. 15. XII. 14. XXII. 7. XXIV. 41. 50. XXV. 9. XXIX. 8. XLI. 54. XLIX. 25. L. 2. 4. — Sed Metheg manet ad vocalem brevem, et longam aut brevem in prima voc. litera: Gen. XXIX. 4. 15. XXX. 1. XXXI. 26. XXXV. 1. 4. 7. XL. 19. XLI. 27. 30. 50. 54. XLIV. 16. 28. —

§. 172.

Sakeph ſervum ſumit Munachum, a.) quoties in vocabulo antepenultimo venit Paſchta vel Jethibh. Conf. §. 169. num. 1. Hic Munachus Pſik habet adſcriptum, (§. 116.) Ezech. III. 27. XL. 16. 25. XLII. 20. Eſth. IX. 9. Dan. IX.

IX. 19. Nehem. II. 13. VIII. 18. vel eſt cum Merca in uno vocabulo ad deſignandam lectionis vel toni varietatem, aut ut Mercae figura ex Methego orta ſit: Gen. XXVIII. 2. 6. Num. XVII. 23. 2 Sam. XXIV. 9. Jeſ. XL. 7. LXVI. 3. Hoſ. XIV. 10. 1 Par. XXI. 5.

b.) In ditione duorum vocabulorum: Gen. I. 2. 4. 6. 7. 16. 20. 21. 26. —

§. 173.

Nonnunquam duo vocabula ante Sakephum Munacho notata reperiuntur, ad deſignandam orationem affectu excitatam, vel ob vocabula arctius connexa:

Gen. III. 12. IV. 11. XV. 4. XXVII. 45. XXIX. 27. XLIII. 7. XLV. 27. Exod. IV. 8. 9. V. 2. XII. 13. 16. XVI. 16. 32. XVIII. 8. XX. 21. XXV. 2. Lev. XV. 10. 26. XVIII. 30. XX. 25. Num. VII. 3. X. 29. —

Not. 1) Pro Paſchta in vocabulo quarto eſt Jethibh:

Gen. XIV. 24. XXIX. 19. Exod. XII. 16. XVI. 23. XXX. 33. Lev. IX. 5. Devt. VIII. 9. Joſ. VI. 17. VII. 3. Ezech. XXIV. 6. 1 Par. XI. 2.

2) Alteri Munacho Pſik additur, (§. 115.) Gen. XX. 13. 1 Reg. IX. 25. Eſrae VIII. 35.

3) Munachus alter eſt in ipſo Sakephi vocabulo, (§. 172.) ut Paſchta omnino in voc. antepenultimum veniat: Gen. XXXVI. 32. 1 Sam. XXVIII. 15. 2 Reg. XV. 25. Zeph. III. 11.

4) In ditione trium vocabulorum eſt Munachus duplex 1 Reg. VIII. 29. Ezech. XVI. 23.

§. 174.

Pro Munacho venit ſubdiſtinctivus minor, Paſchta vel Jethibh, 1) quando in vocabulo antepenultimo Rbhia ſcriptus eſt. Conf. §. 169. num. 2.

2) in ditione duorum vocabulorum, (§. 96.) videlicet Paſchta, Gen. II. 10. 19. 24. III. 1. 5. 13. 16. 17. 23. IV. 7. V. 8. 20. 31. VI. 7. 18. VII. 8. 11. VIII. 12. 14. —

Jethibh, (§. 168.) Gen. XI. 7. XXXI. 6. XLII. 9. L. 15. Exod. I. 14. IV. 26. 30. V. 7. XII. 7. XVIII. 9. —

Hic Sakeph nonnunquam adſciſcit Munachum pro Methego, §. 171.

Sed in locis aliis manet Munachus, ut Gen. I. 2. 4. 6. 7. 16. 20. 26. II. 5. 8. 13. 15. 24. III. 1. 3. 14. 19. —

§. 175.

Quodſi Sakeph vocabulum unicum ſua ditione comprehendit, figura duplici occurrit, ut vel Sakeph parvum certis conditionibus locum obtineat, quod ſaepius figuram Paſchtae adſciſcit, vel in ejus locum Sakeph magnum ſubſtituatur. Utriusque eſt eadem in diſtinguendo poteſtas, id quod noſſe ſatis eſt nobis, qui non de adſcribendis accentibus, ſed de judicando eorum valore, ut ſcripti ſunt, ſolliciti ſumus. Ita

1) occurrit Sakeph parvum in vocabulo, quod Methegum primarium admittit, v. g. Exod.

IV. 8. Lev. XVIII. 26. Num. XIV. 42. XXII. 37. Devt. IX. 17. XV. 10. XXVI. 10. Joſ. I. 16. 1 Sam. IX. 15. XIII. 12. — pro quo ſcriptus eſt Munachus, (§. 171.) Gen. III. 7. IV. 1. V. 29. VIII. 19. XI. 3. XII. 2. XIII. 11. XVIII. 5. XXI. 17. XXII. 1. XXIV. 3. XXVI. 34. XLV. 20. L. 11. 15. 18. —

§. 176.

II.) Sakeph parvum in ditione unius vocabuli, in quo Metheg non requiritur, figuram Paſchtae ſaepius adſciſcit, videlicet 1) in ſyllaba ante tonum tertia vel quarta compoſita, cujus vocalem praecedit Schua mobile, v. g. Gen. XVII. 17. 24. 25. XVIII. 16. 18. 20. 22. XXIV. 53. XLV. 14. XLVII. 21. Exod. XXV. 34. 40. XXVI. 17. 30. XXIX. 3. 17. Lev. V. 5. VII. 8. 19. 37. VIII. 20. 31. XI. 14. XIII. 33. XV. 12. 22. —

Singularia ſunt loca, ubi extat Schurec ab initio ſyllabam perficiens ante Schua mobile: Exod. XXX. 32. XXXII. 12. Jud. VII. 20. 1 Reg. XV. 26. 34. XVI. 26. 2 Reg. XXI. 8. Jeſ. XV. 7. Jer. XLII. 8. Dan. VI. 20. Eſrae IX. 9. 14. vel ubi eſt Schurec ab initio ante vocalem brevem, cui Schua mobilis, ex quo ortum eſt, poteſtas competit: Exod. XXI. 2. Lev. IX. 19. XXI. 5. XXII. 12. Num. IV. 28. VIII. 8. XXVIII. 20. Joſ. XII. 3. XIV. 4. XXI. 23. Jud. V. 14. —

2) Etiam non antecedente Schua mobili, ſi modo ſit in quarta ante tonum ſyllaba: conf. Gen. XIX. 27. XXVII. 41. XLIX. 29. Exod. V. 3.

VIII.

VIII. 1. XXV. 20. Lev. VII. 25. XXV. 12. Num. VI. 10. Devt. IV. 16. X. 2. XII. 1. XVII. 8. —

Imo etiam in ſyllaba tertia, quando Paſchta venit ſuper literam, cui Dageſch forte inſcriptum eſt, ut Gen. XXI. 33. XXXII. 24. XLIII. 7. 31. XLIV. 24. Joſ. VI. 23. X. 27. Jud. IX. 48. 1 Sam. VIII. 3. XIX. 18. 2 Sam. VI. 3. 1 Reg. XI. 30. XIII. 14. —

§. 177.

III.) Loca multa *Sakeph magnum* oſtendunt:

1) in prima vel ſecunda ſyllaba vocabuli, Gen. I. 14. II. 9. III. 10. 11. 24. IV. 1. 2. 20. 21. 22. VI. 18. VIII. 3. 13. 16. IX. 14. 17. XII. 7. 18. XIX. 9. XX. 4. XXI. 6. XXII. 13. 17. XXIII. 8. XXIV. 8. 16. 31. 49. 60. —

2) in tertia vel quarta ab initio ſyllaba, ſi prima eſt compoſita, non antecedente Schua mobili, ut Gen. XIII. 2. XX. 4. XIII. 16. XLI. 53. XLV. 1. L. 24. Exod. I. 12. II. 18. 19. XIV. 8. XVI. 35. XVIII. 18. XXI. 25. XXIV. 10. —

3) quando extat Metheg ad vocalem longam in prima litera vocabuli, vel ad brevem; quod Metheg nonnunquam dubium eſt, et merito omittitur. Conf. Gen. I. 18. II. 20. V. 6. VIII. 6. IX. 23. XI. 16. XVII. 11. XX. 4. XXVI. 24. 26. XXXII. 21. 23. XL. 9. XLI. 27. XLIII. 14. XLIV. 28. Exod. I. 21. VI. 16. XI. 1. XII. 51. XVI. 6. —

Hac conditione occurrit etiam extra ordinem Sakeph cum Munacho, Exod. IV. 29. VII. 7. Lev. VII. 16. XVI. 29. Jud. IX. 44. 1 Sam. VIII. 8. 2 Sam. II. 25. 2 Reg. XIX. 34. —

SECTIO

SECTIO VI.

DITIO TIPHCHAE.

§. 178.

In ſectione penultima occurrit Rbhia, Gen. II. 4. 17. III. 11. VI. 9. VII. 2. 13. 19. 22. X. 14. 15. XI. 23. XIII. 18. XV. 18. XVI. 8. 13. XVII. 7. 12. 20. XVIII. 13. XIX. 20. 24. —

Si vero ante penultimam una pluresve ſectiones majores dantur, a prima usque ad penultimam Rbhia erat repetendus. (§. 125.) Sed in paucis his locis duplex Rbhia occurrit, ubi Rbhia poſterior quatuor vel plura vocabula ſua ditione comprehendit: Exod. VII. 19. Num. XXVIII. 14. XXXV. 5. Joſ. XIII. 30. Jer. XIII. 13. XXVIII. 14. XXIX. 14. Ezech. XIII. 18.

§. 179.

Sed in locum Rbhiae poſterioris, qui venit in ditionem pauciorum vocabulorum, Tbhir vel Paſchta eadem diſtinguendi poteſtate ſubſtituitur. Conf. §. 160. 167. Ita

1) Thbir occurrit, ſi Tbhir poſterior et proprius caret ſubdiſtinctivo: Gen. VIII. 17. XIII. 18. Exod. III. 1. Num. XIV. 40. Devt. III. 27. IV. 38. XXVI. 2. Joſ. XXIV. 32. Jud. VIII. 5. XII. 2. XIX. 11. 1 Sam. XVIII. 19. XX. 21. XXI. 3. —

Not. Devt. VI. 10. VIII. 2. XXX. 20. 2 Reg. XVII. 36. ubi Tbhir eſt in ditione quatuor vel quinque vocabulorum.

2) Paſchtae figura, qui ad Sakephi ditionem pertinet, apparet, quando Tbhir poſterior

rior et proprius ſubdiſtinctivo utitur: Lev. VIII. 26. Num. VII. 87. Deut. IX. 6. XX. 20. XXVIII. 14. Joſ. X. 11. 1 Sam. IX. 1. 2 Sam. XIII. 28. 1 Reg. V. 23. XXII. 15. 2 Reg. XVIII. 13. — Loca ſingularia ſunt: Deut. XXVI. 2. Jud. XVI. 23. 2 Par. XVIII. 23.

Sic quando Rbhia ter erat repetendus, pro medio Paſchta ſcriptus eſt his in locis: Gen. XXXVIII. 12. Exod. XXXVI. 3. Joſ. VII. 19. 2 Reg. V. 13. Eſrae VI. 12. 1 Par. XXVI. 26.

§. 180.

Si ultima ſectio ditionis Tiphchae in vocabulum antepenultimum incidit, 1) venit Tbhir ſubdiſtinctivus ordinarius, tum in media propoſitione, Gen. I. 12. 25. 29. II. 1. 4. 9. 12. 15. 17. 18. 19. 22. III. 8 9. 12. 20. 21. 23. IV. 4. 8. 11. — tum in fine propoſitionis, (§. 143. num. 1.) Gen. I. 28. III. 10. 11. VII. 18. XVIII. 15. XIX. 20. XXI. 9. Exod. VII. 9. VIII. 14. XII. 31. 32. XIII. 17. XV. 9 XVI. 4. XVII. 12. XXI. 8. 16. —

2) occurrit Rbhia tum in fine propoſitionis: Exod. XL. 32. Num. XXIV. 8. Jeſ. XLIV. 9. Ezech. XXIII. 34. Jon. I. 13. tum in media propoſitione ex ratione in §. 143. num. 2. indicata: Gen. XII. 8. Exod. VII. 27. XXX. 7. Lev. IV. 4. VI. 14. VIII. 11. XI. 9. XIV. 7. XXVII. 21. Num. VI. 4. XVI. 34. —

§. 181.

In ſectione ultima poſt vocabulum penultimum Tbhir occurrit, ut Gen. I. 4. 8. 17. 22. 24. 26. II. 4. 8. 21. III. 6. 13. IV. 3. V. 18. 25. 28. 29. VI. 12. 13. 21. 22. VII. 2. 7. 9. 13. —

§. 182.

§. 182.

Pro hoc Tbhiro proxime ante Tiphcham accentus *Merca chephula* ſ. duplex nonnunquam ſcriptus eſt. Maſora ad Num. 32, 42. et ad Habac. I. 3. loca illa XIV. hoc ordine recenſet, quo etiam repetuntur in Porta accentuum §. VII.

Gen. XXVII. 25. Exod. V. 15. Lev. X. 1. Num. XXXII. 42. XIV. 3. 1 Reg. X. 3. XX. 29. 2 Par. IX. 2. XX. 30. Ezech. XIV. 4. Zach. III. 2. Eſrae VII. 25. Neh. III. 38. Hab. I. 3.

Equidem J. G. Abichtio in Inſtitut. accentuum p. 56. et aliis Maſorethae videntur habuiſſe exemplar, in quo punctum in Tbhir culpa ſcribae in lineolam degeneraverit, ideoque citra neceſſitatem Mercam duplicatum finxiſſe, atque inde eſſe, quod ſemper in locis allegatis praecedat Darga, quem Tbhir ſibi praemittere ſolet. At illi non recordati ſunt, Tbhiro ea tantum conditione Dargam ſervum attribui, quando duae pluresve ſyllabae intercedunt, vel etiam una, ſi modo Pſik additum ſit. Sed Merca chephula perpetuo adſumit Dargam, quamvis in locis omnibus, excepto Exod. V. 15. vel unica vel nulla ſyllaba intercedat. Quod nunc poteſtatem hujus accentus attinet, multi eum poſt Judaeorum Grammaticos ſervum eſſe dixerunt, quia Exod. V. 15. et Ezech. XIV. 4. non ſequitur Dageſch lene. Sed non tanti eſt hoc accentus diſtinctivi criterium, ut propterea Mercam duplicatum ad ſervilem conditionem detrudamus, qui ipſe ſervi ſatellitio ubivis utitur. Conf. §. 56.

§. 183.

§. 183.

Tiphchae ſervus eſt Merca, qui apparet, quando ultima ditionis ſectio in voc. antepenultimo Tbhiro notata eſt. Vid. loca §. 180. n. 1. Merca cum Pſik reperitur: Exod. XXXIV. 23. Devt. VII. 26. Ezech. XLI. 6. Eſth. IX. 7. 8. 9. 2 Par. XXX. 19.

Sed pro ſervo venit Tbhir, poſt Rbhiam in vocabulo antepenultimo. Cf. §. 180. n. 2.

§. 184.

In ditione duorum vocabulorum Tiphcha eſt cum Merca: Gen. I. 1. 3. 4. 5. 6. 8. 10. 11. 12. 13. 18. 19. 23. 25. 27. 29. —

cui nonnunquam Pſik additum eſt, ut Gen. XVIII. 15. Exod. XV. 18. Lev. XIII. 45. Num. XXI. 1. Joſ. XV. 55. —

Sed extra ordinem pro Merca Tbhir aliquoties occurrit, ubi quidem codices et editiones diſcrepant. Conf. Gen. XIX. 37. 2 Reg. XV. 16. Jeſ. XXII. 3. XXVI. 12. Ezech. XLIV. 6. Hoſ. II. 18. Ruth. II. 8. Neh. IV. 7. 1 Par. XV. 15.

§. 185.

Denique Tiphcha reperitur cum ditione unius vocabuli, quod primum eſt ditionis Silluci vel Atnachi, v. g. Gen. XLIII. 1. Exod. XXII. 17. Devt. III. 15. Jeſ. LX. 8. Amos VI. 13. et praeterea in locis in §. 146. et 157. citatis.

Ceterum Tiphcha in ditione unius vocabuli et duorum adſciſcit Mercam pro Methego: Lev. XXIII. 21. 2 Reg. XV. 16. Jer. VIII. 18. Ezech. XXXVI. 25. XLIV. 6. Cant. VI. 5. Dan. V. 17. 1 Par. XV. 13.

SECTIO

SECTIO VII.

DITIO RBHIAE.

Rbhiae ſubdiſtinctivi, §. 186.
In ſectione antepenultima occurrit
1) Paſer, a) ante Tliſcha magnum, 187.
b) ante Tliſcha parvum, 188.
Paſer in ſectionibus majoribus repetitur, 189.
etiam in minoribus, 190.
2) Tliſcha magnum, 191.
quo omiſſo venit Paſer, 192.
Sectio IX. Ditio Sarkae, 323-330.
Sectio X. Ditiones Tiphchae anterioris et Munachi vicarii, 331-337.
Sectio XI. Ditio acc. Paſer, 338-341.
Sectio XII. Ditiones Kadmae et Mapachi cum Pſik, 342-351.

SECTIO

SECTIO I.

DITIO SILLUCI.

Obſervatio generalis de ſubdiſtinctivis, §. 256.
In ſectione prima
I.) in vocab. ſeptimo, octavo — a fine ditionis ſ. Paſuci ubivis eſt Merca Mapachatus, 257.
II.) in vocab. ſexto, Merca Mapachatus, vel Atnachus, 258.
III.) in vocab. quinto, Atnachus, Merca Mapachatus aut Paſer, 259.
IV.) in vocab. quarto, Atnachus vel Paſer, 260.
V.) in vocab. antepenultimo, Atnachus, Rbhia Gereſchatus vel Munachus ſuperior, 261.
VI.) in vocab. penultimo, Rbhia Gereſchatus, Munachus cum Tiphcha vel Munachus ſuperior, 262.
In ſectione ſecunda
I.) in vocab. quinto, ſexto aut ſeptimo, Atnachus, 263.
II.) in vocab. quarto, 1) poſt Mercam Mapach. Atnachus, 2) poſt Atnachum Rbhia Gereſchatus vel Schalſchelet cum Pſik, 264.
III.) in vocab. antepenultimo, 1) poſt Mercam Map. Atnachus vel Rbhia Gereſchatus, 2) poſt Atnachum Rbhia Gereſchatus, 265.
IV.) in vocab. penultimo, 1) poſt Mercam Map. Rbhia Gereſchatus, vel Munachus ſuperior, 2) poſt Atnachum Rbhia Gereſchatus vel Munachus cum Tiphcha, 266.
In ſectione tertia
I.) in vocab. quarto, Rbhia Gereſchatus vel Schalſchelet cum Pſik, 267.
II.) in vocab. antepenultimo, Rbhia Gereſchatus vel Mapachus cum Pſik, 268.
III.) in vocab. penultimo, Rbhia Gereſchatus vel Munachus cum Tiphcha, 269.

In ſectione quarta
Mapachus cum Pſik vel Munachus cum Tiphcha, 270.
Servi Silluci, Merca, Munachus vel Munachus ſuperior, 271.
Pro ſervo eſt Rbhia Gereſchatus aut Munach cum Tiphcha, 272.

§. 256.

In ditione Silluci, quae ab extremo Paſuco ad ejus principium extenditur, occurrunt ſubdiſtinctivi, maximus, Merca Mapachatus: major, Atnachus: minor, Rbhia Gereſchatus: minimus, Munachus cum Tiphcha. Non jam moror eos, qui Mercam Mapachatum vel Atnacho parem, vel eo minorem diſtinguendi poteſtate judicarunt, cum haec eorum opinio facile refutari poſſit. Sed hoc certis rationibus cognoſci expedit, quando hi ſubdiſtinctivi ſcribendi vel omittendi fuerint. Matth. *Waſmuthus* p. 79-88. reſpexit ad ſectionum et vocabulorum numerum, docuitque, illos vel adeſſe vel omitti, quatenus ditionis ſectio ſit prima, vel ſecunda, vel tertia, eaque in vocabulo ſecundo, tertio, quarto a fine ditionis incidat. Andr. *Reinbeckius*, cui haec Waſmuthi hypotheſis immerito diſplicuit, in Doctrina de accent. Cap. II. §. 61 — 83. in numero et qualitate propoſitionum ſe rationes inveniſſe putat, quibus majores illi accentus vel ſcribi vel negligi debuerint, quem etiam J. H. *Michaëlis*, *Reckenbergerus*, *Sankius* aliique ſecuti ſunt. Sed Jo. *Frankius* in Diacritica S. §. 328. Reinbeckii hypo-

hypotheſes prolixe refutavit, Wasmuthi hypotheſibus poſtliminio revocatis, quas paulisper expolitas §. 327. in tabula propoſuit. Atque hac via ipſe inſiſtendum eſſe arbitror, remotis tamen, quae Frankius dubia vel minus recta poſuit, praeſertim quod in collocandis accentibus a minore ad majorem procedit. Sic primo ex comparatione omnium locorum leges deſcribam, quibus illorum ſubdiſtinctivorum quisque in ſectione prima locum inveniat, ratione habita numeri vocabulorum. Deinde ex accentu, qui in prima ſectione ſcribendus fuit, de accentibus in ſectione ſecunda ſcribendis ſtatuam, atque ita demum ad ſectiones minores progrediar. Hac methodo, quam in reliquorum etiam accentuum metricorum ditionibus deſcribendis ſequar, nonſolum ſubdiſtinctivi cujusvis locus et ſedes, ſed etiam diſtinctio ordinaria, emphatica et pathetica diſtincte et accurate cognoſci poterit.

§. 257.

Igitur in ſectione prima ditionis Silluci

I.) in vocabulo ſeptimo, octavo — a fine ditionis ubivis apparet Merca Mapachatus:
Pſalm. I. 1. 3. II. 7. IX. 17. X. 14. XI. 1. 4. 6. XII. 6. 7. XIV. 1. 4. 7. XV. 1. XVI. 4. 11. XVII. 1. —

§. 258.

II.) In vocabulo ſexto venit

1) Merca Mapachatus, in oratione ordinaria: Pſalm.

Pſalm. III. 3. IV. 9. V. 11. VI. 3. VII. 9. 10.
VIII. 3. IX. 7. 21. X. 18. XI. 5. XII. 3. XIII. 6.
XIV. 2. XVII. 14. —

2) Atnachus, ob nexum dimidiorum arctiorem: Pſ. IX. 16. XIX. 8. 9. XXIII. 5. — XL. 11. 13. XLII. 2. 4. 11. XLIV. 2. XLV. 10. 18. XLVI. 8. 12. LII. 11. LIII. 2. —

§. 259.

III.) In vocabulo quinto occurrit:

1) Atnachus plerumque, in oratione ordinaria: Pſalm. I. 4. III. 1. 5. 7. IV. 8. V. 12. VI. 9. VII. 6. 7. 15. 17. VIII. 2. 4. IX. 5. 6. 11. 13. 16. 19. —

2) Merca Mapachatus, ad deſignandam emphaſin: Pſalm. I. 2. III. 6. IV. 7. V. 7. 10. 13. VII. 1. IX. 15. XIV. 3. XV. 5. XVIII. 13. 36. XIX. 10. XXX. 8. 10. 12. —

3) Paſer, velut Atnachi vicarius, Pſ. XXV. 1.

§. 260.

IV.) In vocabulo quarto, ad quod Merca Mapachatus non deſcendit, apparet

1) Atnachus tantum non ſemper: Pſalm. I. 5. 6. II. 3. 7. 9. 10. 12. III. 2. 4. 8. 9. IV. 2. 3. —

2) Paſer, Atnachi vicarius, in ditione unius vocabuli: Pſ. XVIII. 2. XXX. 1. CXLVI. 1. Prov. I. 10.

§. 261.

V.) In vocabulo tertio ſ. antepenultimo eſt

1) At-

1) Atnachus, a) ſi vocabulum Silluci non laborat, ut in penultimo locum habeat Rbhia Gereſchatus:

Pſalm. II. 1. 2. 4. 6. 8. 11. IV. 6. VI. 8. VII. 1. 11. IX. 2. 14. XI. 3. XVI. 2. 3. XVII. 3. 7. XVIII. 4. 11. 22. 24. 27. 30. 38. 41. 46. 50. —

b) Si vocabulum Silluci laborat, modo penultimum non laboret, in quo manet ſervus:

Pſalm. VI. 2. VII. 4. X. 12. XVII. 5. XIX. 13. XX. 5. XXII. 16. XXV. 4. XXX. 7. XXXI. 2. 17. XXXIII. 14. 18. —

c) Si vocabulum ultimum laborat et penultimum, ad emphaſin et moram neceſſariam deſignandam:

Pſalm. V. 2. XXII. 12. XXVI. 11. XLI. 14. XLVIII. 5. 6. XLIX. 9. LII. 8. LV. 21. LIX. 8. LXIII. 4. —

2) Rbhia Gereſchatus, Atnachi vicarius, ſi vocabulum ultimum et penultimum laborat:

Pſalm. IV. 1. V. 1. VI. 1. VIII. 1. IX. 1. XII. 1. — XXVII. 7. 13. XXIX. 7. XL. 1. XLV. 13. XLVII. 8. XLIX. 9. —

Not. Pſ. 42. 89. 92. ubi Rbhia Gereſchatus apparet in Pſalmi inſcriptione, quamvis vocabulum Silluci non laboret.

3) Munachus ſuperior in titulis Pſalmorum 44. 47. 49. 85. quem excipit alius Munachus ſuperior, Silluci ſervus.

§. 262.

VI.) In vocabulo penultimo venit

1) Rbhia

1) Rbhia Gereſchatus, Atnachi vicarius, quando Silluci vocabulum non laborat:
Pſalm. XXXIV. 8. XXXV. 24. XLVIII. 1. LXXVI. 5. CIV. 35. CV. 45. CVI. 37. 48. CXIII. 9. CXV. 18. — Exc. Job XXXVIII. 2.
2) Munachus (quaſi loco Atnachi) cum ſervo Tiphcha, quando Silluci vocabulum laborat, in inſcriptionibus Pſalmorum 38. 83. 108.
3) Munachus ſuperior, qui ſibi praemittit alium Munachum ſuperiorem, in titulis Pſalmorum 36. 61. 69. 81.

§. 263.

In ſectione ſecunda

I.) in vocab. quinto, ſexto aut ſeptimo a Sillnco eſt

1) Atnachus: Pſalm. I. 1. X. 14. XI. 4. 6. XII. 6. XIV. 17. XVIII. 1. 3. 7. 31. XXII. 26. XXIV. 10. XXVII. 9. —
Not. Pſ. XVIII. 1. ubi eſt in voc. octavo.
2) Paſer, in ditione unius vocabuli, Job. XI. 6.

§. 264.

II.) In vocabulo quarto

1) quando in prima ſectione venit Merca Mapachatus, eſt
a) Atnachus ubivis, ut Pſalm. I. 3. II. 7. III. 6. IV. 7. V. 13. —
b) Paſer, Pſ. LVIII. 3. in ditione unius vocabuli.
2) quando in prima ſectione venit Atnachus, eſt

a) Rbhia Gereſchatus, ſi tertia ſectio in vocab. antepenultimum incidit: Pſalm. III. 1. XX. 2. XLV. 2. XLVII. 9. LVI. 8. — Not. Pſ. III. 5. XLVI. 8. 12. LVI. 3. LXXV. 4. ubi quidem ſectio tertia eſt in vocab. penultimo.

b) Schalſchelet cum Pſik, loco Rbhiae Gereſchati, quando tertia ſectio eſt in vocab. penultimo: Pſalm. VII. 6. X. 2. XII. 8. XIII. 2. 3. XX. 8. XLI. 8. XLIV. 9. L. 6. LII. 5. —

§. 265.

III.) In vocabulo tertio ſ. antepenultimo,

1) quando in prima ſectione eſt Merca Map. apparet

a) Atnachus, tum ſi vocabulum Silluci non laborat, ut in penultimo Rbhia Gereſchatus locum habeat, ſicut §. 261. Pſalm. IV. 9. V. 10. VII. 1. IX. 15. XII. 7. XIV. 2. 3. XVIII. 13. —

tum ſi vocabulum Silluci laborat, modo penultimum non laboret, in quo manet Silluci ſervus: Pſ. IX. 17. XVIII. 36. XXX. 12. XXXI. 11. XLV. 15. LV. 13. LVII. 2. LXII. 11. —

tum ſi vocab. ultimum et penultimum laborat, ad moram aut emphaſin deſignandam: Pſalm. V. 11. XI. 5. XIX. 10. XXI. 10. XXVII. 5. 11. XXX. 6. 10. XXXI. 12. XXXII. 7. 10. XLII. 6. —

b) Rbhia Gereſchatus Atnachi vicarius, ſi vocab. ultimum et penultimum laborat:

Pſalm.

Pſalm. I. 2. IV. 5. V. 7. VII. 10. XI. 6. XXX. 8. XXXI. 6. 10. 19. 21. 23. XL. 3. XLII. 5. 10. —

2) quando in prima ſectione Atnachus ſcriptus eſt, hic occurrit Rbhia Gereſchatus; Pſalm. I. 4. 5. II. 10. 12. III. 2. 4. 7. IV. 2. 4. V. 6. 12. VI. 5. 6. 7. 9. 10. 11. VII. 3. 5. 7. 8. 12. 14 - 18. —

§. 266.

IV.) In vocabulo penultimo

1) quando in prima ſectione venit Merca Mapachatus,

a) eſt Rbhia Gereſchatus, ſi vocab. Silluci non laborat: Pſalm. XVIII. 51. XXXI. 3. XLV. 8. LV. 23.

b) Munachus ſuperior, ſi vocab. Silluci laborat: Pſ. III. 3. LXVIII. 20. CIX. 16. CXXV. 3. Prov. VIII. 13.

2) Quando in prima ſectione venit Atnachus;

a) eſt Rbhia Gereſchatus, ſi vocab. Silluci non laborat: Pſalm. V. 4. 8. VI. 4. VII. 2. 13. VIII. 2. 10. IX. 4. 9. 12. 20. — vel etiam, ſi laborat, quod indicio eſt, vocab. penultimum cum tono eſſe efferendum: Pſ. XXXV. 6. XC. 9. CIV. 10. Prov. X. 26. XXII. 21. Job. VII. 8. X. 11. XXXI. 37. XXXIII. 12.

b) Munachus cum Tiphcha, ſi voc. Silluci laborat: Pſalm. I. 6. II. 3. 9. III. 5. 8. 9. IV. 3. 8. V. 5. 9. VIII. 6. IX. 3. 8. 11. —

§. 267.

In ſectione tertia I.) in voc. quarto a Silluco extat

1) Rbhia Gereſchatus, ſi quarta ſectio in vocab. antepenultimum incidit. Vid. loca in §. 270. I.

2) Schalſchelet cum Pſik, ſi quarta ſectio eſt in vocab. penultimo. Vid. loca in §. 270. II.

§. 268.

II.) In vocabulo tertio ſ. antepenultimo eſt

1) Rbhia Gereſchatus: Pſalm. I. 1. II. 7. V. 13. XI. 1. 4. 6. XII. 6. XIV. 1. 4. 7. XV. 1. 3. XVI. 4. XVII. 1. XVIII. 1. 6.

2) Mapachus cum Pſik, ante Munachum ſuperiorem Silluci ſervum, ſi in ſectione ſecunda Rbhia Gereſchatus, et in prima Atnachus venit. Vid. loca in §. 264. num. 2. a).

§. 269.

III.) In vocabulo penultimo occurrit

1) Rbhia Gereſchatus, ſi vocab. Silluci non laborat: Pſalm. VIII. 3. X. 18. XVI. 4. XVII. 14. XVIII. 3. 49. XLII. 12. XLIII. 5. XLV. 8. LVIII. 3. — Not. Pſ. XC. 17. ubi voc. Silluci laborat.

2) Munachus cum Tiphcha, vocabulo Silluci laborante, ſi antecedit a) Atnachus: Pſalm. I. 3. III. 6. VI. 3. VII. 9. IX. 7. 21. XII. 3. XIII. 6. XV. 5. XVI. 11. XVIII. 44. XXIV. 4. 10. —

b) Rbhia

b) Rbhia Gereſchatus. Vid. loca in §. 264. num. 2. a). Not.

c) Schalſchelet cum Pſik. Vid. loca ibid. num. 2. b).

§. 270.

In ſectione quarta

1) in vocab. antepenultimo eſt Mapachus cum Pſik,

Pſalm. X. 14. XVIII. 7. 31. XCIX. 4. CXXVII. 1.

2) in vocab. penultimo Munachus cum Tiphcha; poſt Schalſchelet cum Pſik in ſectione tertia:

Pſalm. LXVII. 5. CXXXI. 1. Job. XXXII. 6.

§. 271.

Servi Silluci, quando vocabulum ejus laborat, ſunt

1) Merca, in vocabulo, cujus tonus non eſt in prima ſyllaba: Pſalm. I. 2. 4. 5. II. 5. 7. 12. III. 2. 4. IV. 1. 2. 4. V. 1. 2. 6. 11. 12. 13.

Servo Merca Pſik additum eſt, Pſalm. XL. 16. LXV. 11.

Nonnunquam etiam, ſi ſyllaba ante tonum eſt ſimplex cum vocali longa ſine Methego, occurrit Merca cum Sarka:

Pſalm. X. 5. XVIII. 20. XXII. 9. LXXIII. 4. CXVIII. 25. CXIX. 129. CXXVII. 1. CXLVIII. 8. Job. XX. 27. et ſimul Pſik adſcripto: Pſalm. V. 7. X. 3. XLI. 14. LXX. 4. LXXII. 19. LXXXIX. 53.

2) Munachus, in voc. monoſyllabo vel diſſyllabo penacuto: Pſalm. I. 1. II. 10. III. 7. IV. 5. V. 2. VI. 5. 6. 9. VII. 3. 15. 16. VIII. 4. 5. 7. X. 6. 10. 13. — et cum Pſik, Pſ. LVIII. 7. LXI. 9.

3) Munachus ſuperior, poſt Munachum ſuperiorem et Mapachum cum Pſik. Vid. loca in §. 261. num. 3. 264. num. 2. a).

§. 272.

Pro ſervo venit 1) Rbhia Gereſchatus, ſi in vocab. antepenultimo eſt Atnachus, et vocab. Silluci non laborat.

Vid. loca in §. 261. num. 1. a). 265. num. 1. a). Etiam laborante Silluci vocabulo, ubi tonus in voc. penultimo ſtatuendus eſt: Pſalm. XXIV. 2. XXVII. 5. 11. XXXII. 10. XXXV. 15. LIX. 12. LX. 9. LXXII. 11. 17. —

2) Munachus cum Tiphcha in uno vocabulo, quando vocab. Silluci laborat:

Pſalm. XXV. 4. XXXI. 17. XLV. 15. LI. 11. LXXII. 4. LXXVI. 3. LXXVII. 13. XCIII. 2. XCIV. 6. CIV. 23. —

Scholion. Contra ea ſervus Silluci neceſſario ſcribendus erat, etſi vocabulum Silluci non laborat, ſi in antepenultimo venit Rbhia Gereſchatus: Pſalm. XVI. 5. XVII. 2. 12. XXXI. 4. LVI. 2. LX. 10. Prov. XX. 14. Job. IX. 3.

SECTIO

SECTIO II.

DITIO MERCAE MAPACHATI.

§. 273.

Hic accentus ita ſcribitur, ut Merca ſyllabam toni, et Mapachus ſyllabam priorem, vel literam priorem cum Schua mobili, occupet, ut Pſalm. VII. 9. 10. XXXII. 6.

Igitur ſi Merca venit in primam vocabuli literam, Mapachus in ſyllabam ultimam vocabuli prioris transponitur, quod linea Makkeph illi adhaeret, quae alicubi omiſſa eſt, (§. 111. extr.) ut Pſ. I. 3. II. 7. XXX. 8. 10. vel ſervo notatum eſt, ejusque tonus eſt in ſyllaba penultima, aut in eam transferri potuit, ut Pſalm. IV. 7. VIII. 3. XIV. 4. XVIII. 44. LIII. 5. 6. LVI. 9. Deficientibus autem his conditionibus Merca et Mapachus in una litera ad vocalem longam concurrunt, ut Pſalm. XXX. 12. XLV. 8. LV. 20.

§. 274.

Quod nunc illius ditionem attinet, in ſectione prima

I.) in vocabulo quarto, quinto — a fine ditionis locum habet Rbbia, niſi ſecunda ſectio in vocab. penultimum inciderit:

Pſalm. I. 1. 3. XI. 4. XIV. 2. XVII. 14. XVIII. 16. XXX. 8. XLII. 5. 7. —

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit Sarka:

Pſalm. III. 3. IV. 7. 9. V. 7. 10. 13. VI. 3. VII. 9. 10. VIII. 3. IX. 17. —

III.) In vocabulo penultimo ex accentuum analogia Sarka, ſubdiſtinctivus minor, requiritur, ſed ejus loco major, Rbhia, tanquam illius vicarius, adſumitur, cujus rei ratio in antiqua pronunciatione quaerenda eſt. Mihi enim certum eſt, quia in his locis omnibus Rbhia apparet, non ſubeſſe emphaſin, quam quidem nonnulli, et inprimis *Starkius* in Notis ſelectis, ſtudioſe quaeſiverunt. Sic Rbhia occurrit

Pſalm. I. 2. III. 6. IX. 7. 15. 21. X. 18. XI. 6. XVIII. 1. 3. XXII. 17. XXIV. 4. XXV. 7. XL. 17. L. 3. 23. LV. 13. LX. 8. —

§. 275.

In ſectione ſecunda

I.) in vocabulo quarto extat Sarka, Pſalm. XVII. 14.

II.) In vocabulo antepenultimo eſt etiam Sarka:

Pſalm. I. 1. 3. XI. 4. XIV. 2. XVIII. 16. XXX. 8. XLII. 7. —

III.) In vocabulo penultimo debebat Sarka ſcribi, ſicut in ſectione prima Rbhia. Sed contingit horum accentuum permutatio, ut Sarka in ſectione prima in vocabulo quarto, et Rbhia in ſectione ſecunda in vocabulo penultimo collocetur. Atque hic uterque accentus alterius vices gerit, et Sarka major quam Rbhia eſſe putatur, quod quidem *Sankius*

p. 169.

p. 169. num. 5. ſine cauſa negat. Loca ſunt haec:

Pſalm. XIII. 6. XV. 5. XXVII. 9. XXXII. 4. XL. 6. 15. LI. 6. LV. 20. LVI. 14. LIX. 17. LXIX. 7. LXXIX. 13. CXXXII. 12. CXLIV. 13. Prov. XXX. 19. Job. XXX. 1.

Scholion I. Occurrit tamen Rbhia duplex, ſi prior eſt in voc. quinto, Pſalm. XX. 7. LII. 9. CXXVII. 5. CXXXIX. 14. Not. autem Pſalm. XXVIII. 7. ubi in vocab. quinto eſt Sarka.

Scholion II. Nonnunquam in vocab. penultimo et antepenultimo illa permutatio contingit, quando Rbhia in antepenultimo emphaſeos cauſa ſcribendus erat: Pſalm. XXII. 15. XXXV. 10. XXXIX. 13. Prov. XXIII. 35. XXX. 9. Attamen Rbhia duplex apparet Pſ. CXXXIII. 2. Contra ea Sarka in vocabulo penultimo manet, Pſ. V. 11. CVI. 47.

§. 276.

In ſectione tertia in voc. antepenultimo eſt Sarka,

Pſalm. XVII. 14. Sed Pſ. XLII. 5. locus eſt dubius.

§. 277.

Servus Mercae Mapachati ordinarius eſt Jerachus:

Pſalm. I. 1. 3. III. 3. IV. 7. 9. V. 7. 10. 13. VI. 3. VII. 9. 10. —

Deinde Mapachus illius ſervus eſſe putatur, quando eſt in vocab. monoſyllabo vel diſſyllabo penacuto ſine Schua mobili. Sed codices et auctores mire diſſentiunt. J. H. *Michaelis* cum aliis Mapachum prorſus repudiavit, et in codice Halenſi Jerachum ubivis exhibuit. *Frankius* autem in Diacrit. S. §. 334. num. 1. loca XII. cum Mapacho recenſet, nec plura dari dicit:

Pſalm. VI. 3. XII. 3. XVI. 11. XXIV. 8. 10. XLIX. 15. LI. 9. LXVIII. 22. LXXVIII. 5. XCV. 7. C. 3. CXXXVII. 7.

Ex quibus Pſ. VI. 3. XCV. 7. loca ſunt dubia. Ego vero addo, Pſ. XXXI. 10. LXVIII. 14. 20. 21. Prov. XXX. 15. ubi in quibusdam codicibus Mapachus praeſto eſt eadem conditione. Ita etiam multi Mercam ſervum occurrere dicunt, quando in vocabulo antepenultimo venit Rbhia: Pſalm. XV. 5. XXXV. 10. XLII. 5. Prov. XXX. 9. Hic autem Merca ſpurius, et ex Methego, omiſſo Makkeph, factus eſſe videtur.

§. 278.

Denique in ditione duorum vocabulorum pro ſervo eſt Rbhia perpetuo: Pſalm. II. 7. IV. 5. VII. 1. XI. 1. XIV. 1. XV. 1. —

Sed in ditione unius vocabuli Merca Mapachatus non occurrit.

SECTIO

SECTIO III.

DITIO ATNACHI.

§. 279.

In ſectione prima ditionis Atnachi

I.) in vocab. quarto, quinto — a fine ditionis eſt Rbhia:

Pſalm. II. 7. 8. 12. III. 8. IV. 2. 4. V. 4. 8. VI. 7. VII. 6. 7. —

§. 280.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Tiphcha anterior in oratione ordinaria:

Pſalm. I. 1. 6. II. 1. 6. 7. 9. 10. III. 2. 4. 5. 7. IV. 3. V. 6. 12. —

Notentur hic loca ſingularia et dubia. Nam apparet pro Tiphcha, Kadma cum Pſik, in inſcriptionibus Pſalmorum 37. 138. 150. it. Mapachus cum Pſik, Pſalm. XIV. 5. et Paſer, Pſalm. XLV. 8. LXVIII. 5. CIX. 16.

2) Rbhia, tum in fine propoſitionis:

Pſalm. I. 3. XVII. 3. XVIII. 9. XIX. 7. XX. 6. XXIII. 4. XXVII. 9. XXXIX. 4. 7. XL. 6. XLIV. 2. LIX. 8. LXII. 9. 12. —

Manet quidem Tiphcha, ſi propoſitiones arctius cohaerent: Pſ. XXX. 2. XLI. 3. XLIII. 3. XLV. 11. XLVI. 7. XLIX. 17. LVI. 2. 5. 12. LVII. 8. LXIX. 3. 16. —

tum in media propoſitione, ad deſignandam emphaſin: Pſalm. II. 2. V. 3. 9. VI. 2. IX. 9. XII. 9. XVIII. 12. 18. 43. XIX. 2. XXI. 2. XXIII. 5. XXV. 2. XLI. 11. XLII. 2. 11. —

§. 281.

§. 281.

III.) In vocabulo penultimo venit

1) Tiphcha anterior, a) ſi voc. Atnachi non laborat:

Pſalm. I. 5. V. 11. VI. 10. 11. VII. 16. VIII. 2. 6. IX. 2. X. 6. —

b) ſi vocab. Atnachi laborat, ſi modo penultimum eſt cum tono, vel ibi deſinit propoſitio:

Pſalm. VII. 8. XVIII. 49. XXV. 16. LIV. 7. LV. 3. LXIX. 24. 33. — Prov. IV. 13. XII. 6. XIV. 6. Job. IV. 20. VI. 5. XVI. 11. 21. —

2) Munachus cum Munacho, ſi vocab. Atnachi laborat;

Pſalm. II. 4. 5. 11. IV. 8. 9. VI. 6. 8. VII. 3. 17. 18. VIII. 8. IX. 3. 10. 18. —

3) Merca cum Pſik cum ſervo Tiphcha, plerumque ante Vocativum, ſi vocab. Atnachi laborat, ubi quidem codices paſſim diſſentiunt:

Pſalm. V. 2. X. 13. XVIII. 50. XLIV. 24. LVII. 10. LIX. 2. LXVI. 8. LXVII. 4. 6. LXXVIII. 65. LXXXIX. 50. 52. XCIV. 3. CVIII. 4. CXIII. 4. CXIX. 156. CXXXIX. 19. CXLIII. 9. Prov. VIII. 21. Job. XXVII. 13. XL. 9. Add. Job. V. 27. XXX. 27. ubi Pſik abeſt.

4) Iterum laborante vocabulo Atnachi, Merca cum Sarka, Pſalm. LXV. 2. LXXII. 3. vel Munachus ſuperior, Prov. I. 9. VI. 27.

cujus

cujus ditio in vocab. penultimo accentu Schalſchelet diſtinguitur.

§. 282.

In ſectione ſecunda

I.) in vocab. quarto, quinto — Rbhia denuo ſcriptus eſt:

Pſalm. XXXIV. 5. LXXVIII. 4. LXXXIX. 20. XCV. 10. XCVII. 5. CII. 25. CV. 11. CXL. 6. Prov. XXVII. 10. Job. VII. 4.

§. 283.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Tipheha anterior, in oratione ordinaria: Pſalm. IV. 2. 4. V. 4. 8. VII. 7. IX. 12. X. 8. 9. 12. XI. 1. —

2) Rbhia, ad emphaſin aut moram deſignandam,

a) in fine propoſitionis: Pſalm. XVII. 1. L. 21. Prov. IV. 4. Job. XXIV. 24.

b) in media propoſitione: Pſalm. XLI. 7. XLVI. 5. LIX. 6. Job. XXXIII. 23.

§. 284.

III.) In vocabulo penultimo apparet

1) Tiphcha anterior, a) ſi vocab. Atnachi non laborat:

Pſalm. II. 8. VI. 7. IX. 14. X. 4. 5. XVII. 13. XIX. 5. XXII. 16. —

b) vo-

b) vocabulo Atnachi laborante, ubi penultimum eſt cum tono efferendum: Pſalm. XXII. 27. Prov. XXV. 13.

2) Munachus cum Munacho, ſi vocab. Atnachi laborat:

Pſalm. II. 12. III. 8. VII. 6. XI. 2. XIII. 3. XV. 3. 4. XVIII. 8. 41. 48. —

3) Merca cum Pſik cum Tiphcha, Pſ. LXXXIX. 9. (§. 281. n. 3.)

§. 285.

In ſectione tertia

I.) in vocab. antepenultimo occurrit Tiphcha anterior: Pſalm. XCVII. 5. CII. 25. Prov. XXVII. 10.

II.) In vocab. penultimo, 1) Tiphcha anterior, ſi vocab. Atnachi non laborat: Pſalm. XXXII. 5. LXXXIX. 20. CXL. 6.

2) Munachus cum Munacho, vocabulo Atnachi laborante: Pſalm. XCV. 10. CV. 11.

§. 286.

Quando ſectio in vocabulo antepenultimo deſinit

I.) cum Tiphcha anteriori, in penultimo Munachus Atnachi ſervus apparet. Vid. loca §. 280. 283. n. 1. et 285. I. citata. Not. etiam Pſalm. XIV. 5. ubi Munachus eſt poſt Mapachum cum Pſik pro Tiphcha anteriori; item Pſalm. CXVIII. 25. ubi Merca cum Sarka eſt Atnachi ſervus exemplo ſingulari,

II.) cum

II.) cum Kadma cum Pſik, (§. 280. n. 1.) ante Atnachum eſt Merca.

III.) cum Rbhia, (§. 280. 283. n. 2.) poſt eum venit

1) Merca, tanquam vicarius Tiphchae anterioris

a) ſi vocabulum Atnachi laborat: Pſalm. V. 9. XVIII. 9. 18. XIX. 2. XX. 6. XXIII. 5. XLI. 7. XLII. 11. L. 21. LXII. 9. 12. —

b) etiam non laborante vocabulo Atnachi: Pſalm. I. 3. II. 2. V. 3. VI. 2. XII. 9. XVII. 3. XVIII. 12. 43. XIX. 7. XXI. 2. XXIII. 4. —

2) Tiphcha anterior, ſi vocab. Atnachi non laborat, ſimulque tonus eſt in vocabulo penultimo:

Pſalm. XXXVII. 16. XLV. 5. LIX. 8. LXXVIII. 31. CXXXVII. 4. CXLIV. 3. Prov. XXII. 29. Job. XIII. 4. XXXII. 11. XXXIV. 25.

§. 287.

In ditione duorum vocabulorum

1) apparet Atnachi ſervus Merca: Pſalm. I. 4. III. 1. 9. IV. 6. V. 10. VI. 3. VII. 1. 9. 11. 15. VIII. 3. 4. 5. 10. — Not. Pſ. LXIX. 2. cum Sarka. Legitur aliquoties in quibusdam editionibus Tiphcha vel Munachus, ſed haec ſunt editionum ſphalmata.

2) Occurrit Tiphcha anterior, non laborante voc. Atnachi,

a) in fine propoſitionis: Pſalm. XLIV. 10. CIV. 9. CV. 2. CXIX. 175. Prov. III. 24. IV.

IV. 15. XXXI. 9. Job. XV. 14. XXXV. 3. 6. 7.

b) in media propoſitione, ſi tonus eſt in voc. penultimo: Pſalm. II. 3. XXVI. 4. XLVII. 2. XLIX. 2. LXVI. 17. LXVIII. 16. 30. —

3) Mapachus cum Pſik, quaſi pro Tiphcha anteriori, Pſalm. LIII. 4. LXII. 11. Prov. XVI. 10. ſed loca haec ſunt dubia.

§. 288.

Atnachus cum ditione unius vocabuli occurrit poſt Mercam Mapachatum: Pſalm. III. 6. V. 13. XV. 5. XXIX. 9. LXXVI. 12. LXXIX. 6. CXXVII. 5. CXXXIII. 2. Job. XXVII. 5.

SECTIO IV.

DITIONES VICARIORUM ATNACHI.

§. 289.

In quovis Paſuco Atnachus neceſſario requiritur, qui, cum per ſingulares rationes ſcribi non poterat, accentus alios pro ſe ſubſtituit. Sic ejus muneri ſuccedit

Paſer, §. 259. 260. 263.
Munachus ſuperior, §. 261. 262. 266. num. 1. b).
Munachus cum Tiphcha, §. 262.
Rbhia Gereſchatus, §. 261. 262. 265. 266.

§. 290.

Quod nunc ditiones horum vicariorum attinet, Paſer unico ſemper vocabulo praeeſt, et

et Munachus cum Tiphcha duobus. Munachus ſuperior eſt in ditione unius vel duorum vocabulorum, in locis §. 261. 262. citatis. Sed in locis § 266. num. 1. b). ejus ditio nonnunquam eſt plurium vocabulorum, quae ſingularibus accentibus diſtincta cernitur, ubi quidem codices et editiones non omnino conſentiunt.

§. 291.

Nunc inprimis ditio Rbhiae Gereſchati, vicarii Atnachi, deſcribenda eſt, ubi duo haec in univerſum notari velim. Nam primo Rbhia Gereſchatus ita ſcribitur, ut Rbhia ſyllabam tono adfectam, Gereſchus autem primam literam vocabuli occupet, et quidem poſterioris, ſi duo per Makkeph cohaerent. Hinc Rbhia et Gereſchus in una litera concurrunt, quando tonus eſt in prima voc. litera, ut Pſ. XI. 1. XIV. 3.

§. 292.

Deinde Rbhia Gereſchatus, Atnachi vicarius, ſaepe ſuum Gereſchum amittit, qua in re codices mire diſſentiunt. J. H. *Michaëlis* in Lect. Var. ad Pſalm. IV. 1. ex Maſora ad Pſ. LXX. 1. concludit, hic et multis locis aliis non eſſe Rbhiam Gereſchatum omiſſo Gereſcho, ſed ipſum Rbhiam, quae etiam eſt opinio Thom. *Boſton* p. 113. 117. et aliorum, quam ego meam non facio, cum mihi Maſorethae videantur non poſcere Rbhiam, ſed modo obſervare, in codicibus, quos ad manus habuerunt, Rbhiam

apparuiſſe, adeo ut non definiant, ſitne ipſe Rbhia, an Gereſchus ad Rbhiam Gereſchatum exciderit. Mihi placet ſententia *Wasmuthi* in Tab. II. Accent. Nota *β*). et Ouſeelii Cap. I. §. 20. qui ſtatuunt, negligentia vel temeritate typothetarum (addo, et librariorum) ſaepe Gereſchum excluſum videri, et ex analogia conſecutionis ſemper eſſe reſtituendum.

§. 293.

In ſectione prima ditionis Rbhiae Gereſchati vicarii

I.) in vocabulo quarto, quinto — a fine ditionis eſt Rbhia: Pſ. XXVII. 13. XXXI. 23. XLIX. 15. LVII. 9. LXVIII. 4. 36. —

§. 294.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Tiphcha anterior, in oratione ordinaria: Pſalm. IX. 1. XI. 6. XXII. 1. XLIV. 4. XLV. 8. 13. LI. 6. —

2) Rbhia ad deſignandam moram et emphaſin, tum in fine propoſitionis: Pſalm. LXXIX. 3. CXXXV. 21.
tum in media propoſitione: Pſ. XVIII. 51. LXXIX. 3. CXIII. 9. CXV. 18. CXVI. 19. CXVII. 2. CXXI. 6. CXXXV. 21. Prov. VII. 7. Job. XXIV. 19.

§. 295.

III.) In vocabulo penultimo extat

1) Tiphcha anterior, non laborante Rbhia Gereſcha-

reſchato: Pſalm. IV. 5. VI. 1. VII. 10. XLVII. 10. LXXII. 19. —

2) Merca cum Tiphcha, ſi vocab. Rbhiae Gereſchati laborat: Pſalm. XXXI. 6. 10. 19. XL. 3. XLVII. 8. LV. 22. 23. LXXIII. 1. 4. — XC. 12. CII. 24. CVIII. 3. —

3) Mapachus cum Sarka, vel Munachus ſuperior: Pſalm. XXXIV. 8. LXVIII. 15. CXXXVII. 9.

§. 296.

In ſectione ſecunda I.) in vocab. quarto, quinto — eſt Rbhia: Pſalm. CXLVIII. 14. Job. XXXII. 5. XXXIII. 24. 27.

II.) In vocabulo antepenultimo, Tiphcha anterior: Pſ. XXVII. 13. XXXI. 23. XLIX. 15. LVII. 9. LXVIII. 4. XC. 1. —

III.) In vocab. penultimo, 1) Tiphcha anterior, non laborante Rbhia Gereſchato: Pſalm. CIV. 35. CXLIX. 9.

2) Merca cum Tiphcha, ſi vocab. Rbhiae Gereſchati laborat: Pſ. LXVIII. 36. CVI. 48.

§. 297.

In ſectione tertia in vocab. antepenultimo extat Tiphcha anterior: Pſalm. CXLVIII. 14. Job. XXXII. 5. XXXIII. 24. 27.

§. 298.

Quando ſectio in vocab. antepenultimo deſinit

I.) cum Tiphcha anteriori, in penultimo Merca ſervus occurrit in locis §. 294. num. 1. 296. II. 297. citatis.

II.) cum Rbhia, (§. 294. num. 2.) tum eſt ante Rbhiam Gereſchatum pro Tiphcha anteriori

1) Merca, Pſ. XVIII. 51. LXXVI. 8. CXV. 18. CXXI. 6. Job. XXIV. 19.

2) Mapachus cum Sarka, Pſalm. LXXIX. 3. CXVI. 19. CXXXV. 21. Prov. VII. 7. Eſt etiam Merca, quamvis compoſitio fieri poſſit, Pſ. CVII. 2. CXIII. 9. CXLVII. 20.

§. 299.

In ditione duorum vocabulorum occurrit

1) Merca, Pſalm. I. 2. IV. 1. V. 1. 7. VIII. 1. XII. 1. XXIX. 7. XXXI. 21. —

2) Tiphcha anterior, Pſalm. CXIX. 24. 36.

3) Mapachus cum Pſik, Pſalm. LXXI. 21. CIX. 28.

§. 300.

Denique Rbhia Gereſchatus, Atnachi vicarius, cum ditione unius vocabuli extat in Paſuco primo Pſalmorum 13. 19. 20. 21. 31. 40. 41. 42. 51. 52. 64. 70. 89. 140.

SECTIO

SECTIO V.

DITIO RBHIAE GERESCHATI PROPRII.

§. 301.

Quando ditio Rbhiae Gereſchati proprii tribus vocabulis conſtat, Merca duplex occurrit, ubi ſectio incidit

1) in vocabulo antepenultimo: Pſalm. XVIII. 3. XL. 13. XLV. 18. LXVIII. 32. 34. LXXIV. 13. 22. LXXIX. 9. Prov. XXI. 17. XXIII. 17. XXVI. 2. XXVII. 10. 19. XXVIII. 2. Job. VII. 9.

2) in voc. penultimo: Pſalm. XIV. 1. XIX. 8. 9. XXIII. 5. XLII. 4. 11. XLIV. 2. XLV. 10. LII. 11. LV. 4. CXXIV. 6. Job. XVI. 8. XXIV. 5. XXIX. 6.

Scholion. Majores accentus in ditione Rbhiae Gereſchati proprii non apparent, licet haec tribus in locis tria vocabula ſuperet. Nam Pſalm. XVIII. 1. eſt ſectio in vocab. antepenultimo, et Mercae prioris ditio denuo Sarka ſubdiſtinctivo ejusque ſervo Mapacho diſtinguitur. Sed Pſalm. XXXI. 22. et LXVI. 20. ſectionis terminus eſt in vocab. penultimo, ubi Merca eſt pro ſubdiſtinctivo, cujus ditio Sarka cum ſervo Mapacho aut Merca diſtinguitur.

§. 302.

Cum ditione duorum vocabulorum ſaepius occurrit, et ſervo Merca utitur: Pſalm. I. 4. III. 7. IV. 4. V. 8. 12. VI. 4. 9. VII. 2. 7. 15. VIII. 3. 4. 10. IX. 5. 6. 13. 16. 19. —

 §. 303.

§. 303.

Ejusdem ditio ſaepenumero unico vocabulo conſtat:

Pſalm. I. 5. II. 10. 12. III. 1. 2. 4. 5. IV. 2. 6. 7. V. 3. 6. VI. 5. 6. 7. 8. 10. 11. VII. 3. 5. 8. 11. 14. 16. 17. 18. —

Scholion. Commemoranda hic etiam eſt ditio accentus Schalſchelet, vicarii Rbhiae Gereſchati, in ſectione ſecunda et tertia in vocab. quarto a Silluco, (§. 264. 267.) quae plerumque uno vocabulo conſtat. Sed Pſ. LXXXIX. 2. ſervum Mercam adſciſcit, et Job. XXXII. 6. XXXVII. 12. in ſectione ditionis in vocab. penultimo Merca cum Tiphcha occurrit.

SECTIO VI.

DITIO MUNACHI CUM TIPHCHA.

§. 304.

Munachus hic plerumque cum ſolo ſervo Tiphcha legitur, ſaepe tamen ejus ditio tribus vocabulis conſtat, ubi Tiphcha in penultimo manet, ſive in hoc, ſive in antepenultimo ſectio incidat, isque propterea mox pro ſubdiſtinctivo, mox pro ſervo eſt, ſicut etiam Mapachus aut Kadma, qui in voc. antepenultimo apparent. Sic in vocabulo antepenultimo

I.) occurrit Mapachus ſine Pſik, vocabulo hoc laborante, ubi terminus ſectionis eſt 1) in vocab. antepenultimo:

Pſalm.

Pſalm. XXIV. 10. XXV. 8. XXXIII. 21. XLIII. 1. XLV. 3. LI. 21. —

Not. Mapachus cum Sarka, Pſalm. LXXIX. 12. XXXII. 5.

2) in vocab. penultimo, ubi Mapachus pro ſervo eſt:

Pſalm. XXV. 15. XXXIX. 12. LXXXIII, 9. Job. VIII. 9. XIV. 3. 13.

§. 305.

II.) Venit Kadma ſine Pſik, plerumque in vocabulo non laborante, ubi terminus ſectionis eſt 1) in voc. antepenultimo:

Pſalm. III. 5. XXIV. 6. LII. 7. LV. 10. LIX. 6. LXI. 5. LXII. 13. —

2) in vocab. penultimo, et Kadma eſt pro ſervo: Pſ. LVI. 1. LXVI. 15. LXXXIX. 5. 46. 49.

§. 306.

III.) Extat in vocab. antepenultimo, quando ſectio eſt in penultimo, vel Mapachus cum Sarka

Pſ. XXVIII. 8. XLVIII. 9. LIV. 8. LXVIII. 25. LXXIV. 10.

vel Munachus ſuperior:

Pſalm. IV. 8. LXXVII. 4. LXXVIII. 25. CXIX. 84.

§. 307.

IV.) Merca in quibusdam locis apparet, qui omnino mihi dubius videtur. Nam Pſalm. CXLVII. 10. fortaſſe ex Methego factus eſt,

quia codices meliores לא cum Makkeph habent. Sic Pſalm. XXIV. 6. et LXXXIX. 49. praeſtat Kadma, ſed Merca ex aliis codicibus manſit, in quibus Rbhia Gereſchatus extat.

Denique Pſalm. LXV. 9. LXVII. 2. LXVIII. 11. ubi Merca et Mapachus in uno vocabulo concurrunt, lectio duplex denotari videtur.

§. 308.

Commemoranda ſunt adhuc loca quatuor, ubi Munachi hujus ditio quatuor vocabulis conſtat. Nam Pſ. XXXII. 5. prima ſectio in vocab. quarto Kadma cum Pſik deſignatur, et in antepenultimo ſectio ſecunda Mapacho cum Sarka notatur. (§. 304. num. 1.) Pſalm. XLII. 2. in voc. antepenultimo eſt Kadma cum Mapacho ſervo. Pſalm. XLVII. 5. codices meliores habent את cum Makkeph, ubi locus hic ad §. 305. num. 1. pertinet. Denique Pſalm. LIV. 5. ſi lectio Ben Naphthali et codicum 1. 2. 5. Erfurt. videlicet לא cum Makkeph eligatur, Kadma eſt quaſi ſervus Tiphchae, ſicut §. 305. num. 2.

SECTIO VII.

DITIO RBHIAE.

§. 309.

Rbhia occurrit ut ſubdiſtinctivus

1) Mercae Mapachati, §. 274. I. III. 275. 278.
2) Atnachi, §. 279. 280. 282. 283.
3) Rbhiae Gereſchati vicarii, §. 293. 294. 296. I.

4) Ma-

4) Munachi ſuperioris, vicarii Atnachi, Pſ. LXVIII. 20.

§. 310.

In ſectione prima ditionis Rbhiae

I.) in vocab. quarto, quinto — a fine ditionis venit

1) Paſer, a) ſi in ejus ditione eſt ſubdiſtinctivus: Pſ. XXVII. 6. LXVIII. 31. CIV. 35. CVI. 48. CXLI. 4. Prov. XXIII. 29.

b) in fine propoſitionis: Pſalm. II. 12. IV. 2. XXVIII. 1. XC. 10. Prov. XXX. 4.

c) in media propoſitione, ad deſignandam emphaſin: Pſ. LXXIX. 1. Prov. XXII. 29.

2) Si conditionum illarum nulla valet,

a) Kadma cum Pſik cum ſervo Mapacho, Pſ. LV. 24. Sed Pſ. XLII. 5. ob nexum propoſitionum arctiorem. Add. loca dubia, Pſ. CXLIV. 1. Prov. XXIV. 31.

b) Mapachus cum Pſik, ſi vocabulum laborat, nec ſervo opus eſt: Pſ. XXXV. 13. XLII. 9. LXVIII. 7. LXXXVI. 14.

§. 311.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Kadma cum Pſik, a) cum ſervo Mapacho: Pſalm. I. 3. XIX. 14. XL. 7. 10. XLI. 7. XLIII. 1. L. 21. LX. 9. — Mapachus cum Sarka componitur: Pſalm. III. 8. XVII. 3. XLI. 14. XLV. 2. — vel eſt pro eo Munachus ſuperior, Pſ. X. 9. XL. 11.

b) ſine ſervo, in vocabulo non laborante: Pſalm. XIX. 5. LXIV. 6. XCIII. 4. 5. CVI. 47. CXIII. 9. — Add. Pſalm. XVIII. 16. XLV. 5. L. 16. ſervus pro Methego.

2) Mapachus cum Pſik, cum ſervo non opus eſt, tum laborante vocabulo, Pſalm. I. 1. V. 3. 9. X. 8. XI. 4. XV. 4. XL. 6. XLIII. 4. — tum non laborante, Pſ. XXXVIII. 13. LIX. 12. CXXVII. 1.

3) Paſer, a) ſi in ejus ditione eſt ſubdiſtinctivus: Pſalm. XI. 2. XVII. 14. XXII. 25. XXIII. 4. XL. 13. LIX. 6. LXV. 10. —

b) in fine propoſitionis, Job. X. 15.

c) in media propoſitione ad emphaſin deſignandam: Pſalm. XLV. 3. LXXIX. 2. XCIX. 5. 9. CVI. 23. Job. XXIV. 14.

§. 312.

III.) In vocabulo penultimo eſt

1) Kadma cum Pſik cum Mapacho ſervo: Pſ. XVII. 1. XVIII. 1. 12. 51. XIX. 7. XXII. 24. L. 7. 21. — Mapachus eſt cum Sarka, Pſalm. VII. 7. X. 5. XVIII. 9. XXII. 16. XXV. 5. LI. 16. LXII. 9. LXVI. 7. vel pro eo Munachus ſuperior, Pſ. XVIII. 8. 14. XXII. 27. 30. XXIII. 5. —

2) Paſer, cum ille habet ſubdiſtinctivum: Pſalm. VII. 6. XIII. 3. XLIV. 4. L. 1. LIX. 4. XC. 4. —

§. 313.

In ſectione ſecunda

I.) in vocabulo quarto occurrit Paſer, Prov. XXX. 4.

II.) In vocabulo antepenultimo, 1) Kadma cum Pſik,

a) cum Mapacho ſervo, Pſalm. LXVIII. 31. XC. 10.

b) ſine ſervo, vocabulo non laborante, Pſalm. II. 12. XXXV. 13. it. CVI. 48. ubi Mapach pro Methego.

2) Mapachus cum Pſik, in ditione unius vocabuli: Pſalm. IV. 2. LV. 24. CIV. 35. Prov. XXII. 29.

III.) In vocabulo penultimo eſt Kadma cum Pſik cum Mapacho ſervo: Pſalm. XXVIII. 1. LXXIX. 1. Prov. XXIII. 29.

Mapachus eſt cum Sarka: Pſ. LXVIII. 7. CXLI. 4. CXLIV. 1. Prov. XXIV. 31. vel Munachus ſuperior, Pſ. XLII. 5. 9.

§. 314.

In ſectione tertia in vocab. penultimo occurrit Kadma cum Pſik cum Mapacho ſervo, Prov. XXX. 4.

§. 315.

Quando ſectio in vocabulo antepenultimo deſinit, ante Rbhiam ſervus apparet

1) Mapachus cum Sarka, ſi ante tonum eſt vocalis longa ſine Metheg: Pſalm. III. 8. IV. 2. XI. 4. XV. 4. XVII, 3. XIX. 5. XXIII. 4. XL. 10. XLI. 14. XLIII. 1. XLV. 2. XLIX. 11. L. 16.

2) Munachus ſuperior, in vocabulo monoſyllabo vel disſyllabo penacuto, vel ſi ſyllaba ante tonum Sarkam non admittit: Pſ.

Pſ. I. 3. II. 12. V. 3. 9. X. 8. 9. XI. 2. XVII. 14. XIX. 14. XXII. 25. —

3) In prima litera vocabuli, vel Merca, Pſ. XL. 7. LXXVI. 8. LXXXVI. 14. LXXXVIII. 6. XCVI. 13. Job. XXXI. 40.

vel Mapachus: Pſalm. XLI. 7. XLVIII. 9. LXIX. 14. XCIII. 4. CIV. 35. CVIII. 9. CXXV. 3. CXXXV. 11. Job. XVI. 4.

§. 316.

In ditione duorum vocabulorum

I.) manet Rbhiae ſervus, ſi tonus eſt in vocab. altero,

1) plerumque Mapachus: Pſ. II. 8. VIII. 2. X. 12. XVII. 13. XX. 7. — qui cum Sarka componitur, Pſ. XCV. 7. Job. XXXII. 5.

2) Merca, Pſ. I. 1. XVII. 1. XXXII. 2. XL. 5. — Prov. IV. 4. XXII. 17. —

3) Munachus ſuperior, Pſ. IX. 14. XXVII. 6.

II.) Venit ſubdiſtinctivus, ſi tonus eſt in voc. priori,

1) Kadma cum Pſik, in vocabulo non laborante: Pſalm. II. 2. V. 11. XI. 1. XV. 3. XXXII. 8. — Prov. VI. 14. XIX. 7. Job. VI. 10. XIV. 5. XV. 30.

2) Mapachus cum Pſik, ſi vocabulum laborat: Pſ. VI. 7. XX. 6. XXVIII. 9. XLII. 11. LVI. 7. Prov. VII. 12. IX. 7. X. 26. XXVI. 1. Job. XXIV. 18. —

§. 317.

Rbhia cum ditione unius vocabuli ſaepius occurrit: Pſalm. I. 3. IV. 4. V. 4. 8. VI. 2. IX. 9. 12. X. 4. XII. 9. —

SECTIO VIII.

DITIO RBHIAE VICARII SARKAE.

§. 318.

Ditionem Rbhiae vicarii Sarkae ſeparatim deſcribere viſum eſt, (§. 274. 275.) quia accentus in ea Sarkae proprii occurrunt. Sic

I.) in ſectione in vocab. quarto a Rbhia eſt Mapachus cum Pſik, Pſalm. XC. 17. ubi in voc. antepenultimo Mapachus extat, it. Job. XXXII. 6. ubi in ſectione vulgo Merca cum Tiphcha ſeu Munacho legitur.

§. 319.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Kadma cum Pſik, vel cum Mapacho, Pſ. LXXI. 20. Job. XLII. 3. vel ſine ſervo in vocab. non laborante, Pſ. IX. 7. CI. 3.

2) Mapachus in vocabulo laborante

a) cum Pſik, Pſalm. I. 2. XVIII. 3. LV. 13. LX. 8. LXIII. 2. —

b) omiſſo Pſik, in vocabulo monoſyllabo: Pſalm. XX. 7. XXVIII. 7. XXXV. 20. LII. 9. CXVI. 8. —

Not. Pſalm. XVIII. 1. ubi quidem vocab. non laborat.

§. 320.

III.) In vocabulo penultimo venit Kadma cum Pſik cum ſervo Mapacho: Pſalm. XX. 7. XXV. 7. CXV. 1. CXXXI. 2. Prov. XXIII. 5. Job. XXXVII. 6.

Mapa-

Mapachus cum Sarka extat Pſalm. IX. 21. XL. 17. LXX. 5.

§. 321.

In ditione duorum vocabulorum eſt

1) ſervus Merca, (ſicut etiam in locis §. 319. citatis,)

Pſalm. I. 2. III. 6. IX. 7. 15. X. 18. XI. 6. XIII. 6. XV. 5. XVIII. 1. 3. —

2) Mapachus cum Pſik, ſi tonus eſt in vocab. priori:

Pſalm. XXVII. 11. XXXVI. 5. it. XXXVII. 25. omiſſo Pſik.

§. 322.

In ditione unius vocabuli occurrit non ſolum in locis, quae ad §. 278. pertinent, ſed etiam Pſalm. XXII. 15. XXX. 8. XXXV. 10. XXXIX. 13. XLII. 5. 7. CXXXIII. 2. Prov. XXIII. 35.

SECTIO IX.

DITIO SARKAE.

§. 323.

In ſectione prima ditionis Sarkae

I.) in vocabulo quarto, quinto — ſcriptus eſt

1) Paſer, a) ſi habet ſubdiſtinctivum, Pſ. LXXV. 9. LXXXIV. 4.

b) in fine propoſitionis, Pſalm. X. 14. Job. VII. 20.

c) in media propoſitione, propter emphaſin, Pſ. XXXII. 6.

2) Kad-

2) Kadma cum Pſik cum Mapacho ſervo, Pſalm. XL. 6.

§. 324.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Kadma cum Pſik, a) cum Mapacho ſervo, Pſ. XXIX. 9. XXXI. 14. LXII. 5. LXVIII. 9. LXXVIII. 20. 38. CI. 7. — Loco Mapachi Munachus ſuperior eſt, Pſ. XL. 4.

b) ſine ſervo in vocabulo non laborante: Pſ. LX. 2. Prov. XXX. 15. Job. XI. 6.

2) Mapachus cum Pſik, in vocab. laborante: Pſalm. I. 1. XIII. 6. XV. 5. XXI. 10. XXVII. 4. XXVIII. 7. XXXII. 4. 7. — etiam non laborante, Pſ. XVIII. 7. XXXI. 21. XXXII. 9. XL. 3. XLIII. 2.

3) Paſer, ſi habet ſubdiſtinctivum: Pſalm. XXXI. 12. XXXIX. 13.

§. 325.

III.) In vocabulo penultimo venit

1) Kadma cum Pſik, cum Mapacho: Pſ. VIII. 3. XIX. 10. XXVII. 2. 5. XXX. 6. XXXI. 3. XLII. 5. LI. 6. LV. 20. 23. Mapachus cum Sarka occurrit, Pſalm. XXXV. 26. XL. 15. LXIX. 7. XCVIII. 3. —

vel pro eo Munachus ſuperior, Pſ. VII. 10. XXVII. 3. 9. XLII. 3. —

2) Paſer, ſi habet ſubdiſtinctivum: Pſalm. V. 10. XXXI. 11. LVI. 14. CXXVI. 2. CXXXII. 11.

§. 326.

§. 326.

In ſectione ſecunda extat

I.) in vocabulo quarto, Mapachus cum Pſik, Pſalm. X. 14. ubi in ſectione tertia eſt Kadma cum Pſik cum ſervo.

II.) In vocabulo antepenultimo

1) Kadma cum Pſik cum ſervó, Pſ. LXXV. 9.

2) Mapachus cum Pſik, in voc. laborante, Pſ. XL. 6. LXXXIV. 4.

III.) In vocabulo penultimo;

Kadma cum Pſik cum Mapacho, Pſ. XXXII. 6. Job. VII. 20.

§. 327.

Quando ſectio in vocabulo antepenultimo deſinit, in penultimo occurrit

1) ſervus poſt Kadmam vel Mapachum cum Pſik,

a) Merca, in vocab. monoſyllabo vel diſſyllabo penacuto: Pſ. I. 1. XXXI. 21. XXXII. 7. 9. XL. 4. XLII. 10. —

vel ſi tonus eſt in litera, cui Dageſch inſcriptum eſt: Pſalm. XXI. 10. XXVIII. 7. XXXI. 14. XL. 3. CIV. 25. Job. VII. 21.

b) Munachus, quando conditiones illae deficiunt: Pſalm. XIII. 6. XV. 5. XVIII. 7. XXVII. 4. XXIX. 9. XL. 6. 18. —

2) ſubdiſtinctivus Kadma cum Pſik, poſt acc. Paſer: Pſ. XXXI. 12. XXXIX. 13. (§. 324. n. 3.)

§. 328.

Sic in ditione duorum vocabulorum venit

1) ſervus, ſi tonus eſt in vocab. poſteriori,

a) Mer-

a) Merca in vocab. monoſyllabo vel diſſyllabo penacuto:
Pſalm. XIV. 4. XLVIII. 3. LVII. 2. XCVI. 13. XCIX. 4. —
vel ſi tonus incidit in literam cum Dageſch:
Pſalm. IV. 7. VI. 3. XII. 6. XIV. 3. 7. XVI. 4. XXII. 15. —
b) Munachus, quando conditiones illae deficiunt:
Pſalm. IV. 9. XII. 7. XXIV. 10. XXVIII. 3. 4. XXX. 12. —
2) Subdiſtinctivus, ſi tonus eſt in voc. priori,
a) Mapachus cum Pſik, in vocab. laborante: Pſalm. IX. 17. XII. 3. LIII. 6. LXVIII. 5. 17. 21. CI. 6. CII. 27. —
b) Kadma cum Pſik, ſi vocabulum laborat: Pſalm. XXXV. 10. Prov. XXX 9. item Pſalm. XLII. 6. 12. XLIII. 5. ubi additur Munachus ſuperior pro Methego.

§. 329.

In ditione unius vocabuli Sarka extat, Pſalm. I. 3. III. 3. V. 7. 11. 13. VII. 9. X. 14. XI. 4. 5. XIV. 2. XVI. 11. XVII. 14.

§. 330.

Eſt alius Sarka ſubdiſtinctivus in ditione Mercae ſubdiſtinctivi Rbhiae Gereſchati proprii, de quo conf. §. 301. Schol. Ab utroque Sarka diſtinctivo, qui poſtpoſitivus dici ſolet, et literae vocabuli ultimae ubivis imminet, di-

 ſtin-

ſtinguendus eſt Sarka conſervus, ut vulgo dicitur, qui ubique in ſyllaba ante tonum ſimplici, quae non habet Metheg, Mapacho aut Mercae haud raro adjungitur, §. 347. 349.

SECTIO X.

DITIO TIPHCHAE ANTERIORIS ET MUNACHI VICARII.

§. 331.

Tiphcha anterior occurrit ut ſubdiſtinctivus minor in ditione Atnachi et Rbhiae Gereſchati vicarii, item ante Munachum ſuperiorem, Pſalm. CIX. 16. (§. 266. num. 1. b.) Illius vicarius eſt Munachus cum ſervo Munacho, ante Atnachum, ſi hujus vocabulum laborat. Jam in ſectione prima

I.) in vocabulo quarto vel quinto a Tiphcha anteriori,

1) extat Paſer, Pſalm. IV. 3. XCVIII. 1. Job. XXXII. 1.

2) Kadma cum Pſik cum Mapacho ſervo, Job. XXIV. 15.

vel ſine ſervo, Pſalm. XXVII. 1. LVI. 10.

3) Mapachus cum Pſik, Pſ. XXIII. 6. XLIV. 3. LVI. 1.

§. 332.

II.) In vocabulo antepenultimo occurrit

1) Kadma cum Pſik, vel cum vel ſine ſervo,

a) Pſalm. XII. XXXI. 3. XLI. 10. LXI. 3. XCI. 4. CIII. 17. CXI. 1. —

Ma-

Mapachus eſt cum Sarka, Prov. III. 28. VIII. 13. XXVII. 14.

b) Pſalm. CVI. CXXII. 5. CXLI. 8. Prov. XXIV. 16. Job. IV. 5.

NB. Ita in hac ſectione literis a et b loca diſtinguam, quae ad ditionem Tiphchae anterioris vel Munachi vicarii ſpectant.

2) Mapachus cum Pſik, ſi vocabulum laborat:

a) Pſalm. I. 5. VI. 11. X. 7. XVI. 9 XXI. 5. XXII. 28. XXVII. 8. — Add. Pſ. LXVI 4. LXIX. 16. CIX. 14. ubi vocab. non laborat.

b) Pſalm. XVI. 10. XXIV. 4. XXXI. 15. LI. 18. LXI. 9. LXXIII. 8. 10. 28.

3) Paſer, tum ſi habet ſubdiſtinctivum

a) Pſalm. V. 12. XXVIII. 5. XLV. 8. Prov. XXVII. 22.

b) Pſalm. XIX. 15.

tum emphaſeos cauſa: a) Pſ. LXVIII. 5. CIX. 16. Job. III. 5.

§. 333.

III.) In vocabulo penultimo Munachus ſervus manet, qui diſtinguendi poteſtate pollet, et in antepenultimo occurrit ſervus, qualis ante Kadmam ſcribi ſolet.

1) Mapachus, a) Pſ. XXXIV. 7. LI. 21. LV. 18. 24. LXIII. 6. —

b) Pſalm. XLIX. 11. LVIII. 10. CIX. 10. CXIX. 169 CXLI. 2. —

2) Mapachus cum Sarka:

a) Pſalm. XIV. 1. XIX. 8. 9. LIII. 2. LV. 19. LVII. 8. LX. 6. —

 b) Pſalm.

b) Pſalm. IX. 10. XLVIII. 2. LXXX. 20. XCVI. 4. CIX. 30. —

3) Munachus ſuperior:

a) Pſalm. XXXV. 15. XLII. 4. LXIV. 11. LXXII. 10 LXXVIII. 45. —

b) Pſalm. X. 17. XXXII. 2. LXXVIII. 24. 27. CXIX. 43. 69. 110. —

§. 334.

In ſectione ſecunda ditionis Tiphchae anterioris

I.) in vocabulo antepenultimo occurrit

1) Kadma cum Pſik, Pſalm. XLIV. 3. XCVIII. 1.

2) Mapachus cum Pſik, Pſalm. XXVII. 1.

II.) In vocabulo penultimo, manet Munachus, (§. 333.) et in antepenultimo pro ſervo eſt

1) Mapachus, Pſalm. IV. 3. XXIII. 6. Job. XXIV. 15. XXXII. 1.

2) Mapachus cum Sarka, Pſalm. LVI. 10.

3) Munachus ſuperior, Pſalm. LVI. 1.

§. 335.

Servus eſt Munachus

1) quando ſectio in vocab. antepenultimo deſinit, §. 332. 334. I.

2) in ditione duorum vocabulorum:

a) Pſalm. I. 6. II. 7. 8. III. 4. IV. 4. 5. V. 6. 8. 11. VI. 1. 5. 7. 9. 10. —

Not. Pſalm. XLV. 13. CXII. 1. CXIII. 1. CXXXV. 1. CXLVII. 1. ubi pro ſervo eſt Kadma cum Pſik.

b) Pſalm.

b) Pſalm. II. 4. 11. 12. III. 8. IV. 8. 9. VI. 8. VII. 3. 6. 17. 18. —

Denique Tiphcha anterior in ditione unius vocabuli extat: Pſalm. II. 1. 3. 6. 9. 10. III. 205. 7. IV. 2. V. 2. 4. —

§. 336.

Sunt duo alii Tiphchae anterioris vicarii, quorum ditio ſpectanda eſt. Nam primo occurrit *Merca cum Tiphcha* in ditione Atnachi, §. 281. 284. Rbhiae Gereſchati vicarii, §. 295. 296. Munachi ſuperioris, §. 289. 290. Schalſchelet cum Pſik, §. 303. Cujus ditio plerumque duobus modo vocabulis conſtat, v. g. Pſ. V. 2. XXXI. 6. 10. 19. XL. 3. LV. 22. 23. LVII. 10. LIX. 2. Sed nonnunquam in ejus ditione ſubdiſtinctivo opus eſt, et incidit ſectio

1) in vocabulo antepenultimo, quod notatur vel Kadma cum Pſik cum Mapacho, Pſalm. LXVIII. 36. Job. III. 26. XXXVIII. 2. vel Mapacho cum Pſik, Pſalm. X. 13. XVIII. 50. XLIV. 24. LXXXIX. 50. Job. XXVII. 13. Pſik omiſſum eſt, Pſ. XLVII. 8. LXXIII. 4.

Not. etiam Pſalm. CXXV. 3. ex §. 290. ubi eſt Paſer.

2) in vocabulo penultimo, ubi Tiphcha diſtinctivi munere fungitur, et ſervum habet Mapachum, Pſalm. LXXIII. 1. LXXXIX. 52. CXXIX. 7. vel Mapachum cum Sarka, Pſalm. CXIX. 52.

§. 337.

Alter Tiphchae anterioris vicarius eſt Merca ſ. Mapachus cum Sarka vel Munachus ſuperior, in ditione Atnachi §. 281. num. 4. et Rbhiae Gereſchati vicarii, §. 295. num. 3. ea quidem conditione, ut ſectio ditionis ſit in vocab. penultimo, ubi Schalſchelet ſcriptus eſt, qui an cum Pſik aut ſine Pſik eſſe debeat, dubitatur. Hujus autem ditio vel duobus vocabulis conſtat, cum ſervo Mapacho, Pſalm. XXXIV. 8. LXXII. 3. Prov. VI. 27. aut Mapacho cum Sarka, Pſ. LXVIII. 15. aut Mapacho cum Pſik, Pſ. CXXXVII. 9. Vel conſtat tribus vocabulis, et ſectio in vocab. antepenultimo Mapacho cum Pſik notatur, ſervus autem Mapachus intercedit, Prov. I. 9. et fortaſſe Pſalm. V. 5. item Pſalm. LXV. 2. ubi illius ſervus eſt Munachus ſuperior, et Mapachus ſine Pſik apparet.

SECTIO XI.

DITIO ACCENTUS PASER.

§. 338.

Paſer occurrit

I.) in ditione Silluci, ut vicarius Atnachi, §. 259. 260. 263.

II.) in ditione Atnachi, §. 280. num. 1.

III.) in ditione Rbhiae, §. 310. 311. 112. 313.

IV.) in ditione Sarkae, §. 323. 324. 325.

V.) in ditione Tiphchae anterioris, §. 331. 332. et Mercae cum Tiphcha, Pſ. CXXV. 3.

§. 339.

§. 339.

In ſectione I.) in vocab. quarto eſt Kadma cum Pſik, Pſ. XC. 10. ubi in ſectione ſecunda vulgo apparet Merca.

II.) In vocab. antepenultimo occurrit

1) Kadma cum Pſik, a) cum Mapacho ſervo: Pſalm. XXII. 25. XXIII. 4. CVI. 48. — Prov. XXIII. 29.

b) ſine ſervo: Pſ. V. 12. XIII. 3. XXXI. 12. CVI. 38. Prov. VI. 3. —

2) Mapachus cum Pſik, in vocabulo laborante: Pſalm. XXVIII. 5. XLIV. 4. vel ſine Pſik in vocab. monoſyllabo: Pſalm. V. 10. XI. 2. XXXI. 11. LVI. 14. LIX. 4. LXXV. 9. XC. 4. —

3) Merca in codicibus nonnullis, Prov. VI. 3. XXIII. 29.

III.) In vocab. penultimo venit Kadma cum Pſik cum Mapacho:
Pſalm. VII. 6. XXXIX. 13. XL. 13. LXV. 10. LXVIII. 28. —

§. 340.

Quando ſectio in vocabulum antepenultimum incidit, in penultimo mox Jerachus mox Mapachus tanquam ſervus occurrit. Cum autem tum codices tum hujus artis magiſtri admodum diſſentiant, jam meam facio opinionem Reinbeckii, J. H. Michaelis et aliorum, qui ſtatuunt, Jerachum eſſe ſervum, quando in vocab. antepenultimo Mapachus diſtinguit, ſed Mapachum, quando Kadma ibidem ſcriptus

 eſt,

eſt, quae hypotheſis majori codicum conſenſu confirmatur.

§. 341.

In ditione duorum vocabulorum ubivis loco ſervi occurrit ſubdiſtinctivus,

1) Kadma cum Pſik, Pſalm. XVII. 14. XIX. 15. XXXII. 5.

2) Mapachus cum Pſik, Pſalm. XLV. 8. L. 1. Prov. XXX. 8. Denique Paſer in ditione unius vocabuli occurrit, tum in ditione Silluci, quando eſt vicarius Atnachi, tum etiam alibi: Pſalm. II. 12. IV. 2. 3. XXXII. 6. XLV. 3. LXVIII. 5. LXXIX. 1. 2. XCVIII. 1. XCIX. 5. CIX. 16. Prov. XXII. 29. Job. III. 5.

SECTIO XII.

DITIONES KADMAE ET MAPACHI CUM PSIK.

§. 342.

Ante Rbhiam, Sarkam, Tiphcham anteriorem ejusque vicarios, et ante acc. Paſer ſubdiſtinctivus minor eſt quidem ſemper Kadma cum Pſik, quando ſervum adſciſcit. Sed in ditione unius vocabuli Kadma cum Pſik et Mapachus cum Pſik alternant, ita quidem, ut ille, ſi vocabulum non laborat, hic autem in vocabulo laborante ſcriptus ſit plerumque, ut ſupra ſuis in locis obſervatum eſt.

§. 343.

§. 343.

Mapachus cum Pſik ſervo caret, et Kadmae cum Pſik ditio non ſupra duo vocabula adſcendit. Nam quod nonnulli Kadmae ſubdiſtinctivum Mapachum vel Kadmam cum Pſik adſignant, hoc accentuum analogiae adverſatur. Deinde in locis, quae proferuntur, Kadma vel Mapachus eſt potius cum Kadma poſteriori ad diſtinctivum eundem referendus, ut Prov. XXIV. 31. aut lectio melior codicum probatiorum admittenda. Denique quoties Kadma cum Pſik ſubdiſtinctivum requirit, pro eo Paſer cum ſubdiſtinctivo ſcriptus eſt, ex quo concludere licet, Kadmae cum Pſik non competere ſubdiſtinctivum.

§. 344.

Kadma ſervo utitur

1) Mapacho, in vocabulo monoſyllabo, vel quod unam ante tonum habet ſyllabam, quae compoſita eſt, ſine Schua mobili. Conf. v. g. §. 310 - 314.

2) Mapacho cum Sarka, ſi ante tonum eſt ſyllaba ſimplex ſine Methego. Conf. §. 311 - 313. 315. 320. 325. 332 - 334. 336.

Haec compoſitio contingit etiam in duobus vocabulis, quae Makkeph omiſſo cohaerent, Pſ. LXII. 9. XCIX. 15. Job. XVIII. 19. (§. 111.)

3) Munacho ſuperiori, plerumque ſi ante tonum eſt ſyllaba ſimplex cum Methego vel ſyllaba compoſita:

Pſalm. VII. 10. X. 9. XXII. 27. 30. XXIII. 5. XXVII. 3. XL. 11. XLII. 3. 5. 9. Vid. loca plura §. 312. 324. 325. 333. 334.

4) Merca, ubi quidem codices diſſentiunt: Pſalm. XXXV. 10. XXXIX. 13. Prov. XIX. 7. XXX. 9. et in titulis Pſalmorum 112. 113. 135. 147 - 150.

§. 345.

Haec de Kadma et Mapacho cum Pſik ſufficiant.

Supereſt, ut uſum et officium acc. Schalſchelet et ſervorum metricorum in conſpectu exhibeam, quod hic commode fieri poterit. Et primo quidem Schalſchelet occurrit

1) in ditione Silluci, ut vicarius Rbhiae Gereſchati, §. 264. 267. de cujus ditione vid. §. 303.

2) in ditione Munachi ſuperioris, vicarii Atnachi, Pſalm. III. 3. cum Mapacho ſervo.

3) in ditione Mapachi et Mercae cum Sarka, it. Munachi ſuperioris, vicarii Tiphchae anterioris. Vid. §. 337.

§. 346.

Mapachus metricus eſt ſervus

1) Mercae Mapachati, §. 277.

2) acc. Schalſchelet, §. 345. num. 2. 3.

3) Rbhiae, §. 315. 316.

4) Sarkae, §. 301. Schol.

5) acc. Paſer, §. 340.

6) Kad-

6) Kadmae cum Pſik, §. 344. et Munachi vicarii, §. 333. 334.
7) Munachi cum Tiphcha, §. 384.
8) Mercae cum Tiphcha, §. 336.

§. 347.

Mapachus cum Sarka occurrit in ditione
1) Atnachi et Rbhiae Gereſchati vicarii, §. 281. 295.
2) ibidem et, ante Munachum ſuperiorem, §. 298.
3) Munachi cum Tiphcha, tum ut ſubdiſtinctivus, §. 304.
tum ut ſervus, §. 306.
4) Rbhiae, ut ſervus, §. 315. 316.
5) Kadmae cum Pſik, §. 344. et Munachi vicarii, §. 333. 334.
6) Mercae cum Tiphcha, §. 336.
7) acc. Schalſchelet, §. 337.

§. 348.

Merca metricus eſt ſervus,
1) Silluci, §. 271.
2) Mercae Map. §. 277.
3) Atnachi, §. 286. 287.
4) Rbhiae Gereſchati vicarii, §. 298. 299.
5) Rbhiae Gereſchati proprii, §. 301. 302.
6) acc. Schalſchelet, §. 303.
7) Munachi cum Tiphcha, §. 307.
8) Rbhiae, §. 315. 316.
9) Rbhiae vicarii Sarkae, §. 321.
10) Sarkae, §. 227. 328.

11) acc.

11) acc. Paſer, §. 339.
12) Kadmae cum Pſik, §. 344.

§. 349.

Merca cum Sarka eſt
1) ſervus Silluci, §. 271. n. 1.
2) ſubdiſtinctivus Atnachi, §. 281. n. 4.
3) ſervus Atnachi, §. 286. l. 287. n. 1.
4) ſervus Rbhiae Gereſchati proprii, §. 302.

§. 350.

Munachus metricus eſt ſervus
1) Silluci, §. 271. n. 2.
2) Atnachi, §. 286. 287.
3) Rbhiae, Prov. XXVIII. 22. in quibusdam codicibus.
4) Sarkae, §. 327. 328.
5) Tiphchae anterioris et Munachi vicarii, §. 333. 335.

§. 351.

Munachus ſuperior occurrit in ditione
1) Silluci, cum alio Munacho ſuperiori, §. 261. n. 3. ut vicarius Atnachi, §. 266. n. 1. conf. §. 290. pro ſervo Silluci, §. 268. n. 2.
2) Atnachi et Rbhiae Gereſchati vicarii, §. 281. n. 4. 295. n. 3. conf. §. 337.
3) Munachi cum Tiphcha, §. 306.
4) Rbhiae, §. 315. 316.
5) Sarkae, §. 324. 325.
6) Kadmae cum Pſik, §. 344. n. 3.
7) Munachi Kadmae vicarii, §. 333. 334.
8) ut ſervus et vicarius acc. Schalſchelet, §. 337.

CAPUT

CAPUT IX.

DE DITIONUM DISTINCTIONE.

§. 352.

Hactenus in Capite VII. et VIII. Syſtema accentuum proſaicorum et metricorum per omnium diſtinctivorum ditiones ad methodum in §. 124 - 126. deſcriptam ſuccincte et plene propoſui. Jam vero dicta in ſummam contraham, et diſtinctionem ditionum ordinariam primis lineis deſcribam, ut illius aliqua idea in mente concipi poſſit. Ita

I.) in ſectione antepenultima ditionis venit

1) ſubdiſtinctivus maximus, ut in proſaicis Segolta et Paſer, qui in ſectionibus majoribus et prioribus repetitur, item Merca Mapachatus in metricis, qui etiam in ſectione quarta a fine in locis in §. 270. citatis, ſicut Segolta in ſectione quarta et quinta occurrit. (§. 149.)

2) Subdiſtinctivus major, (qui etiam in ſectionibus majoribus nonnunquam apparet,) ita ut in penultima et ultima ſectione ſequantur

vel major repetitus et minor, ut Sakeph cum Tiphcha, Rbhia cum Sarka aut Paſchta aut Tbhiro, §. 159. 166. 178. et Rbhia cum Tiphcha anteriori, §. 282. 296. I.

vel minor bis repetitus, §. 160. 167. 179.

vel minor et minimus, §. 264. num. 2. 267.

§. 353.

§. 353.

II.) In ſectione penultima occurrit

1) ſubdiſtinctivus major, ut in ultima ſit
vel major repetitus, ut Rbhia in metricis, §. 283. 275. Schol. I.
vel minor, in proſaicis et metricis,
vel minimus, in metricis, §. 266. num. 2. b. §. 269. num. 2.

2) ſubdiſtinctivus minor, ut in ſectione ultima ſit
vel minor repetitus, ut Sarka, Paſchta et Tbhir in proſaicis, §. 160. 167. 179. et Kadma aut Mapachus cum Pſik in metricis, §. 310. 318. 323.
vel minimus, in metricis, §. 270.

3) ſubdiſtinctivus maximus, ut Paſer in proſaicis, §. 195. 216. et Merca Mapachatus, §. 265. 266.

§. 354.

III.) In ſectione ultima

1) in vocabulo antepenultimo ſcriptus eſt
a) ſubdiſtinctivus major, in metricis, quando in vocabulo penultimo minor ſcribi potuit, ut Atnachus, §. 261. et 265. num. 1. a). vel quando major ille ſubdiſtinctivum requirit, videl. Paſer, §. 311. 324. 332.
b) ſubdiſtinctivus minor,
c) minoris, qui in ſectione penultima venit, vicarius, videl. Gereſchi, §. 196. 219. 220.
d) minimus, ut eſt Mapachus cum Pſik ante Sillucum in metricis, §. 268. 270.

§. 355.

a) In vocabulo penultimo locum habet

a) ſubdiſtinctivus major, videl. Paſer metricus, quando requirit ſubdiſtinctivum, §. 312. 325.

b) ſubdiſtinctivus minor, plerumque et uſu communi, vel vicarius minoris, qui in ſectione penultima apparet, videl. Gereſchi, §. 206.

c) ſubdiſtinctivus minimus in metricis, Munachus cum Tiphcha ante Sillucum, §. 266. 269. 270.

d) Loco ſubdiſtinctivi manet ſervus diſtinctivi, ut Sarkae, Paſchtae et Tbhiri, item Gereſchi et ejus vicariorum in proſaicis, §. 230. 249. nec non in metricis Tiphchae anterioris et Munachi vicarii, §. 333. 334. Rbhiae Gereſchati proprii, §. 301. Munachi cum Tiphcha, 304 – 306. et Mercae cum Tiphcha, §. 336.

e) Denique ad vocabulum penultimum, ſi ultima ſectio in vocabulo antepenultimo inciderit, venit ſervus diſtinctivi, ſicut etiam, cum ditio duobus modo vocabulis conſtat; ubi, ſi plures hujus ſervi dantur, conditiones, quibus illorum quisque locum habeat, obſervandae ſunt.

§. 356.

Diſtinctioni autem ordinariae, quam modo delineavi, oppoſita eſt extraordinaria, quae a ſectione ordinaria vel extraordinaria diverſa

eſt.

eſt. De utraque obſervandum eſt, quid ordinarium ſit aut extraordinarium, non exemplorum numero, ut Reinbeckius in Cap. II. §. 30. 41. et 78. exiſtimat, ſed analogia regularum communium tum Dichotomiae tum diſtinctionis et accentuum determinari. *Sectio ordinaria*, quae vel neceſſaria eſt, vel libera ſ. arbitraria, §. 65. Theorematibus in Capite de Dichotomia continetur. Sed *ſectio extraordinaria*, quae etiam *termini ſectionis transpoſitio* dicitur, ex rationibus ſingularibus facta eſſe judicatur, quando ex legibus Dichotomiae non poteſt explicari, vel his contraria eſſe deprehenditur.

§. 357.

Sectio extraordinaria, ſ. termini ſectionis transpoſitio facta eſt I.) ob euphoniam orationis, maxime ne membra ſint nimis inaequalia, §. 95. ubi quidem nonnunquam aliqua emphaſis accedit: ſaepius etiam ex ratione in §. 94. propoſita, ut quando loco Silluci in fine periodi venit Atnachus, ille autem in media periodo extat, ut periodi coaleſcant, §. 139. vel quando in loco Atnachi ordinario Segolta ſcriptus eſt, §. 140. 151. n. 1, 2.

§. 358.

II.) Ex idiotiſmo linguae, quo conceptus ſingulares, qui natura ſua magis diſtinguendi erant, vicino conceptui vel membro nexu arctiori adjungi ſolent. Ita conceptus quidam diverſi

diverſi inter ſe uno conceptu reſpectu reliquorum in propoſitione copulantur, ut אִישׁ et אֲשֶׁר cum conceptu poſteriori relato, לֵאמֹר et סֶלָה cum conceptu priori, item duo vocabula in caſu diverſo repetita. Particulae etiam, nec non וַיְהִי et וְהָיָה non ſolum ob euphoniam, §. 95. ſed etiam ex idiotiſmo linguae minori ſectione plerumque ſeparantur.

§. 359.

III.) Propter emphaſin aut πάθος, ubi permutatis ſectionum terminis plerumque ad majorem ſectionem emphaſis, nonnunquam ad minorem πάθος deſignatur. Hic autem

1) huic ſectioni accommodatur diſtinctio, quae eſt ordinaria. Ita

a) conceptus, qui majori ſectione in propoſitione disjungi debebat, poſteriori diverſo adjungitur, in quo tonus cum emphaſi ſtatuendus eſt. §. 432.

b) Propoſitio B, quae ſua natura vel ſenſu nexu majori cum priori A vel poſteriori C cohaeret, contra analogiam ſectione majori disjungitur: ubi quidem diſtinctio nonnunquam ad analogiam reduci poteſt, ſi priori loco ad B, aut poſteriori ad C fiat initium periodi. §. 465. 470.

c) Major ſectio, quae poſt parentheſin eſſe debebat, in locis nonnullis ante eam ſtatuitur.

d) In propoſitionibus coaleſcentibus ſectio intra poſteriorem aut priorem nonnunquam emphaſeos cauſa ſtatuitur, imo etiam ad conceptus aut propoſitiones priores hanc ob cauſam ſectio major apparet.

e) Conceptus aut propoſitio ad propoſitionis relativae partem refertur, ut intra relativam ſit maxima ſectio. §. 515. 516.

f) Sectio major eſt intra conceptum compoſitum, cujus termini, diſtincte pronunciandi et conſiderandi, diſtrahuntur, et ſicut conceptus diverſi generis ad Verbum ſuperius ſeparatim referuntur. §. 418.

2) Nonnunquam, cum diſtinctio emphatica requiritur, accidit, ut ſimul etiam ſectionum termini mutandi ſint, quia emphaſis non accentu majori ejusdem ordinis, ſed ordinis ſuperioris poterat ſignificari. Conf. §. 361.

Sufficiat hanc ideam ſectionis extraordinariae propoſuiſſe, quae poſtea ſuis in locis uberius explicabitur.

§. 360.

Nunc etiam *diſtinctionis extraordinariae*, qua ſectionum orationis proportio nihil mutatur, praecipua capita in conſpectu ſiſtam, quae ex Cap. VII. et VIII. accuratius cognoſci poteſt. Hujus autem ſunt quatuor genera. Eſt enim vel emphatica, vel pathetica, vel euphonica, vel ſingularis.

I.) *Diſtinctio emphatica*, quae ab aliis *poſitus accentuum majoratus* dicitur, illa eſt, quando

do in eo vocabulo, aut ejus membri fine, quocum emphaſis aliqua conjuncta eſt, vel in quo tonus intenditur, §. 89. accentus proxime major ejusdem ordinis adhibetur, quam qui in ordinaria requiritur, ut ſervus pro linea Makkeph, §. 109. 110. ſubdiſtinctivus minor pro minimo vel ſervo, major pro minori, et maximus pro majori, ſicut etiam venit Atnachus pro Sakepho, §. 141. num. 3. 5. 6. Nam

1) in ſectione antepenultima occurrit ſubdiſtinctivus maximus pro majori, ut Segolta pro Sakepho, §. 151. et Merca Mapachatus pro Atnacho, §. 259.

2) In ſectione penultima, ſubdiſtinctivus maximus pro majori, ut Segolta pro Sakepho, §. 150. Paſer, non ſequente Tliſcha parvo, §. 195. 217. 245. Merca Map. pro Atnacho, §. 259. vel major pro minori, ut Paſer in metricis, §. 310. 323. 331. 332.

3) In ſectione ultima

a) in vocabulo antepenultimo, major pro minori, ut Sakeph pro Tiphcha, §. 143. 153. Rbhia pro Sarka, Paſchta aut Tbhiro, §. 161. 169. 180. Tliſcha magnum pro Gereſcho, §. 203. 228. 229. Tliſcha magnum et Paſer pro Tliſcha parvo in ditionibus Gereſchi et vicariorum ejus, §. 247.

In metricis occurrit major pro minori, ut Atnachus, §. 261. 265. Rbhia, §. 280. 283. 294. Paſer, §. 311. num. 3. c).

b) In vocabulo penultimo, major pro minori, ut Tliſcha magnum, §. 249. Schol. V.

vel in metricis minor pro minimo, videl. Rbhia Gereſchatus, §. 266. num. 2. a).

4) In ditione duorum vocabulorum, vel cum ſectio ultima in vocabulum antepenultimum incidit, venit loco ſervi (§. 355. e.) ſubdiſtinctivus minor, nonnunquam ad tonum cum emphaſi in vocab. priori deſignandum.

Ceterum illa etiam diſtinctio eſt emphatica, quando periodus aut propoſitio per duos pluresve Paſucos continuatur, §. 136. 137. vel periodi coaleſcunt, §. 139. vel Atnachus eſt ante dimidium Paſuci ordinarium, §. 140. I. aut venit Atnachus in Paſuco breviori, §. 141.

§. 361.

Hic vero obſervandum omnino eſt, ad emphaſin deſignandam ſubdiſtinctivum majorem ſuperioris ordinis nonnunquam adhiberi, quod poſtea uberius declarabitur, quo pacto accidit, ut ſimul etiam ſectionum termini transponantur, videlicet

1) in vocabulo quarto, quinto — a fine ditionis, ubi major in diſtinctione ordinaria jam requiritur, nec maximus ejusdem ordinis datur,

2) in vocabulo ditionis antepenultimo, ubi major emphaſeos gradus ſubdiſtinctivo ejusdem ordinis non ſatis plene deſignari poſſe videbatur,

3) in vocabulo ditionis penultimo, ubi ſubdiſtinctivus major ex legibus accentuum locum non habet.

§. 362.

§. 362.

II.) *Diſtinctio pathetica*, quae ab aliis *poſitus accentuum minoratus* vocatur, illa eſt, quando ob πάθος orationis, vel quod nexus membrorum aut conceptuum ex conſilio auctoris ſacri eſt arctior, accentus proxime minor ejusdem ordinis occurrit, quam qui in ordinaria diſtinctione requiritur, videlicet

1.) Makkeph pro ſervo aut ſervus pro ſubdiſtinctivo minori, quod quidem fit plerumque ſolius euphoniae cauſa.

2) Subdiſtinctivus minor pro majori,
   a) in vocabulo antepenultimo in fine propoſitionis, tum in proſaicis, §. 143. 153. 161. 169. 180. tum in metricis, §. 261. n. 2. Not. §. 280. ad num. 2. §. 294. ad num. 2.
   b) in vocabulo quarto, §. 156. 164. 173.
   c) in ſectione penultima vel antepenultima, Gereſchus aut Geraſchaim, fere intra propoſitiones, quae arctius cohaerent, §. 193. 199.

3) Subdiſtinctivus major pro maximo in ſectione antepenultima, ut Sakeph pro Segolta, §. 151. et Atnachus pro Merca Mapachato, §. 258. num. 2.

Eandem ob cauſam duae pluresve periodi uni Paſuco includuntur, §. 135. vel Atnachus abeſt in Paſuco longiori, §. 141. ad n. 2. et 4.

§. 363.

III.) *Diſtinctio euphonica* majores vel minores accentus exhibet, quam qui in ordinaria

requiruntur, non propter emphaſin aut πάθος, ſed ut euphoniae conſulatur. Sic

1) in vocabulo antepenultimo ditionis in fine propoſitionis loco ſubdiſtinctivi minoris major ſcriptus eſt, et poſt illum minor pro ſervo diſtinctivi, ad moram intra propoſitiones neceſſariam deſignandam.

2) In ditionibus accentuum majorum, quando ex duobus vocabulis conſtant, in priori venit ſubdiſtinctivus minor loco ſervi, plerumque ſine emphaſi, ſolius euphoniae cauſa. §. 96.

3) Gereſchus vel Geraſchaim in ſectione penultima loco Tliſcha magni ſaepius occurrunt, ubi Gereſchi vicarius in ſectione ultima venit. Conf. §. 196. 199. 219. 220.

4) Ex pronunciationis euphonia ratio reddenda eſt, quod diſtinctivi tertii et quarti ordinis plerique in vocab. penultimo tantum non ſemper ſervi figuram requirunt. §. 223. 355. d).

5) Linea Makkeph modis variis uſurpatur, ubi fruſtra πάθος orationis requiras, cum plerumque ex ſola euphonia ratio petenda ſit, quamvis a nobis, qui veterum Hebraeorum pronunciationem ignoramus, penitus explicari non poſſit.

Tentavi quidem ſupra in §. 104 — 111. leges exponere, quibus Makkeph tonis collidentibus ſcriptum vel omiſſum eſſe videatur. Cum vero totidem in locis, non collidentibus tonis, Makkeph appareat, hoc ad accelerandam pronunciationem fieri cogitandum eſt, ut ſectionum

num numerus et quantitas minuatur, dum, admiſſo Makkeph, loco majorum accentuum minores ſcribendi fuerunt.

§. 364.

IV.) *Diſtinctio ſingularis* dici et ſeorſim notari poteſt, quae aliis modis ab uſu communi deflectit, et cujus rationes vel ab auctorum ſacrorum inſtituto petendae, vel in antiqua pronunciatione quaerendae ſunt. Hujus autem quinque genera facio. Nam

1) accentus rariores cum aliis ejusdem dignitatis nonnunquam permutantur, ut Schalſchelet cum Segolta, Merca chephula cum Tbhiro, Karnepara cum acc. Paſer.

2) Dantur alii accentuum vicarii, quorum rationes nobis haud ſatis cognitae ſunt, quod genus

Sarka, Paſchta aut Tbhir loco Rbhiae in ſectione penultima vel antepenultima, §. 160. 166. 167.

Munachus cum Pſik cum Merca, §. 222. Schol.

Munachus cum Pſik pro Tliſcha parvo, §. 249. Schol. III.

In metricis, Paſer pro Atnacho, §. 259. 260. 263.

Duo Munachi ſuperiores ante Sillucum, §. 261.

Kadma cum Pſik et alii Tiphchae anterioris vicarii, §. 280. 287. 299. 336. 337. et Schalſchelet, §. 345.

3) Permutantur accentus diverſae dignitatis, ut minor ſubdiſtinctivus veniat ante majorem, contra Canonem IX. in §. 132. videl. Tliſcha magnum et Gereſchus vel Geraſchaim in proſaicis, §. 213. 214. Rbhia et Sarka in metricis, §. 275.

§. 365.

4) Dicuntur accentus nonnunquam poſiti in aliena ditione, contra Canonem VII. §. 132. quod non facile concedendum eſt, quoniam uſus et poteſtas illorum accentuum non recte intelligitur, aut locorum quae objiciuntur, lectio melior tenenda eſt. Ita non videntur huc pertinere loca, quae accentum Paſer et Tliſcha magnum offerunt in ditione Gereſchi, quia illos pro hujus etiam ſubdiſtinctivis habendos eſſe in §. 244. oſtendi. Illa tamen loca ſunt ſingularia, ubi Paſer in ſectionibus minoribus repetitur, §. 190. 212. vel ubi Paſer ad ditionem Tliſcha parvi aut ejus vicarii ſpectare videtur, ſi conceptuum diſtinctionem ordinariam ſpectes, videl. Joſ. XIX. 51. XXII. 10. 1 Reg. I. 45. VI. 1. 2 Reg. X. 5. XVIII. 17. 1 Par. XXVIII. 4.

§. 366.

5) Ad Canonem VIII. §. 132. qui de uſu accentuum ordinario intelligendus eſt, quaedam locorum genera notanda ſunt, ubi ſubdiſtinctivus maximus aut major occurrit, omiſſo majori aut minori, plerumque ad emphaſin deſignan-

ſignandam. Ita Segolta nonnunquam omiſſo Sakepho apparet, §. 150. et Rbhia Joel. IV. 7. et Jer. XXVII. 9. in vocabulo penultimo omiſſo Paſchta deprehenditur. Inprimis hoc ſaepius accidit, ut Paſer appareat non ſequente Tliſcha magno, aut Tliſcha magnum omiſſo Gereſcho vel ejus vicario. Singulare etiam eſt Tliſcha magnum in vocab. penultimo ditionum quarti ordinis, de quo conf. §. 249. Schol. V.

In libris metricis nonnunquam occurrit Merca Mapachatus non ſequente Atnacho, et Atnachus non ſequente Rbhia Gereſchato, qui quidem ſuos habent vicarios: item Rbhia omiſſo Tiphcha anteriori, §. 286. num. III. 1. et Paſer minori ſubdiſtinctivo omiſſo, §. 311. 312. 325.

CAPUT X.

DE DITIONUM RESOLUTIONE ET RESPECTU.

§. 367.

Poſteaqnam inſtitutio Synthetica de ditionum diſtinctione, quoad generalia et communia ſpectat, abſoluta eſt: nunc ad Analyticam progredior, quae docet ex accentibus certo ordine conjunctis et diſpoſitis de ſenſu et affectu orationis judicare. Nam ex accentuum conſecutione ordinaria ſenſus orationis, et ex conſecutione extraordinaria plerumque ſimul affe-

ctus vel euphonia orationis cognoſcitur. Quam ob cauſam ditionum reſolutio ſuſcipienda eſt, ut cognito dimidiorum reſpectu partium orationis *relatio* mutua intelligatur. Nam pars orationis ad alteram *referri* dicitur accentibus, quando his illarum nexus et reſpectus mutuus indicatur, dum accentus, quibus obſignatae ſunt, bina dimidia definiunt. Igitur ditionum reſolutio cum reſolutione membrorum orationis conjungenda eſt, quarum utraque duplici ratione et methodo fieri poteſt, ut vel a toto ad partem, vel a principio ad partem extremam, ſ. a dextra ad ſiniſtram progrediamur.

§. 368.

Prior methodus, quae a toto ad partem procedit, nititur Dichotomia continua verſus ſiniſtram, et legibus, quibus accentus ſecundum §. 124—126. poſiti intelliguntur. Sic in Analyſi ditio quaelibet in ſua dimidia diverſorum ordinum reſolvenda eſt. Nam ubi ſubdiſtinctivus ab initio ordine primus apparet, ibidem ditio in duo dimidia diſtinguitur, quae *prima* dicuntur. Quod ad dextram eſt, vocatur prius, et quod ad ſiniſtram, poſterius. Deinde videatur, ubi ſubdiſtinctivus proxime minor ejusdem ordinis poſitus ſit, qui nonnunquam eſt idem repetitus, ibique dimidium primum poſterius in duo alia dimidia abit, quae *ſecunda* dicuntur. Eodem modo dimidia *tertia* et *quarta* definiuntur, donec pervenias ad ſubdiſtinctivum ultimum, qui dimidia ultima deſignat.

deſignat. Horum dimidiorum quodlibet prius ditionem integram complectitur, unde oriuntur totidem minores ditiones, quot ſubdiſtinctivi in ditione majori occurrunt.

§. 369.

Eorum autem nexus et reſpectus talis eſt, ut dimidia duo ultima ſe mutuo determinent et connexa ſint, quae deinde membrum integrum, ſimulque dimidium penultimum poſterius efficiunt, quod reſpicit ad prius. Rurſus haec duo dimidia penultima conſiderentur ut dimidium antepenultimum poſterius, quod ad prius reſpicit. Et ſic deinceps usque ad dimidia prima. Hac reſolutione peracta, quando ſubdiſtinctivorum ditiones tribus pluribusve vocabulis conſtant, earum reſolutio eodem modo ſuſcipitur, et hoc negotium continuatur, donec ditiones unius vel duorum vocabulorum remaneant. Ex his etiam intelligitur, *nexum et reſpectum dari tantummodo dimidiorum ejusdem ordinis contiguorum:* item hoc, *ditionem cujuslibet ſubdiſtinctivi non ad ſuperiora, ſed ad inferiora reſpicere, videlicet usque ad extremum ditionis ſui diſtinctivi.*

§. 370.

Nunc hujus reſolutionis uſum in cognoſcendo partium orationis nexu et reſpectu regulis aliquot et obſervationibus complectar. Nam I.) quamvis in demonſtrando dimidiorum, quae accentibus deſignantur, reſpectu ab extremo

tremo ditionis ad ejus principium, et a minori ſubdiſtinctivo ad majorem progredi expediat, §. 369. tamen in cognoſcendo nexu et reſpectu partium orationis a maximo ditionis ſubdiſtinctivo initium faciendum, et ad minores pergendum eſt, ita quidem, ut partium orationis homogenearum ratio habeatur, et earum ordo obſervetur. Sic primo periodorum aut membrorum periodi, deinde propoſitionum vel etiam propoſitionis membrorum, poſtea conceptuum, denique terminorum conceptus compoſiti nexus et reſpectus ex accentibus definiendus eſt.

§. 371.

Igitur II.) non ubivis et neceſſario dimidia poſteriora continuo conſideranda, ſed nonnunquam priora prius reſolvenda ſunt, quando partes plures ejusdem generis comprehendunt. Ita v. g. Jerem. XXXVIII. 4. ad Atnachum duo membra periodi, vel potius duae periodi apparent. Deinde propoſitiones in ditione Atnachi Sakepho, Segolta et Rbhia diſtinctae ſunt, adeoque primum ad Segoltam duo membra fiunt, quorum prius altero determinatur, ſicut membrorum binae propoſitiones, Sakepho et Rbhia diſtinctae, ſe mutuo determinant. Jam propoſitionis primae conceptus diverſi in ditione Rbhiae, Gereſcho cum Kadma, et ſecundae in dimidio primo poſteriori ditionis Segoltae, Sarka cum Munacho disjuncti ſunt, ex Theor. IV. de Dichotomia. Rurſus

ſus in propoſitione tertia in ditione Sakephi, conceptus quinque diverſos Rbhia, Paſer poſterior ejusque ſervus et Paſer prior deſignant, quorum reſpectus ex Theorem. VI. judicatur. Termini autem conceptuum compoſitorum, videl. ultimi Paſchta, et penultimi Gereſcho dividuntur, atque hi denuo in terminos binos minores abeunt, quos Munachus cum Pſik et Tliſcha parvum intercedunt. Denique propoſitio ultima in ditionis Atnachi dimidio ſecundo poſteriori tres conceptus habet, qui ſectione prima per Sakephum alterum ex Theor. IV. diſtinguuntur. Alterum hemiſtichium unam propoſitionem comprehendit, cujus conceptuum limites ex Theor. IV. et VI. definiuntur.

Atque hoc ordine progredi licet in accuratiori omnium Paſucorum reſolutione, cujus exempla plura, ſi placet, in *Disquiſitione Critica ſuper locis illuſtribus Codicis S. Hebr.* quam a. 1770. publicavi, videri poſſunt. Nolim vero quemquam deterreat in exemplis ibi propoſitis verborum copia, ut propterea hoc artificium contemnat, aut penitus intelligere detrectet. Non enim ſemper et ubique his ambagibus opus eſt, quia facile et ſubito aliquis habitus adquiritur, ut reſpectum ditionum et membrorum orationis etiam ingenio mediocri praeditus uno quaſi conſpectu contemplari, et animo comprehendere poſſit.

§. 372.

§. 372.

III.) Obſervandum eſt, diſtinctionem partium homogenearum, quae ſectione continua a dextra ad ſiniſtram facta eſt, proprie ad hanc methodum eſſe judicandam. Ita 1) pars prima partibus reliquis conjunctis ex Theorem. II. determinatur, videlicet in conceptu compoſito terminus primus terminis reliquis: in propoſitione compoſita membrum primum ſ. conceptus communis membris reliquis: in periodo propoſitio prima aut membrum primum propoſitionibus aut membris reliquis: in Paſuco periodus prima periodis reliquis.

2) Pars ultima prioribus ſeparatim determinatur ex Theor. V. ubi a) definiuntur in propoſitione conceptus diverſi, quibus Verbum finitum, quod ultimo loco poſitum eſt, ſeparatim determinatur:

b) definiuntur propoſitiones, quae ultimam ſeparatim determinant, item membra periodi, ut quando duo membra Protaſeos ad Apodoſin ſeparatim referuntur.

§. 373.

IV.) Obſervandum eſt, nonnunquam duo dimidia, quae accentibus deſignantur, non exhibere partes orationis homogeneas, ſed heterogeneas, ut periodum et membrum periodi, propoſitionem et partem propoſitionis. Ita ſi duorum dimidiorum poſterius propoſitionem, et prius partem propoſitionis complectitur, apparent propoſitiones coaleſcentes, ubi altera

ad

ad priorem dimidiam accentibus refertur. Ita nonnunquam Atnachus, qui duo hemiſtichia deſignat, non diſtinguit duas periodos, ſed ejus ditio alterum dimidium exhibet periodi, cujus dimidium prius Paſuco ſuperiori continetur, unde cognoſcuntur periodi coaleſcentes, quarum poſterior ad priorem dimidiam accentibus refertur, quod exempla in §. 139. num. II. docebunt. Sed ad methodum alteram pertinent loca, ubi dimidium poſterius partem propoſitionis aut periodi comprehendit.

§. 374.

Methodus altera ditiones et membra orationis reſolvendi a principio ad partem extremam ſ. a dextra ad ſiniſtram progreditur, nititurque Dichotomia continua a ſiniſtra ad dextram, ubi dimidia prima, ſecunda, tertia — ab extremo ad initium procedunt, et ſubdiſtinctivo ordinis continuo inferioris, qui primo loco ad dextram apparet in prima ditionis ſectione, deſignantur. Sic v. g. Gen. I. 30. Atnachi ditio Sakepho in dimidia prima, Rbhia in dimidia ſecunda, et Tliſcha magno in dimidia tertia reſolvitur. Gen. I. 7. ditionis Atnachi dimidia prima Segolta, et dimidia ſecunda Sarka notantur. Quoniam vero etiam hic dimidia priora ſingula ditionem integram exhibent, quae non ad ſuperiora ſed ad inferiora reſpicit, videlicet ad diſtinctivum proxime majoris ordinis: (§. 369.) jam in Analyſi, dato dimidio priori, poſterius invenitur, ſi ad diſtincti-

ſtinctivum proxime majorem ad ſiniſtram continuo progrediaris. Ut haec ſtatim exemplo declarem, Geneſ. I. 30. fiat initium a primo vocabulo, quod, quia accentum ſervum adſcriptum habet, adjungendum eſt vocabulo proximo, et habes ditionem Tliſcha magni ejusque dimidia. Haec prima ditio conſideretur ut dimidium prius ditionis proxime majoris, ideoque legendo pergendum eſt usque ad Rbhiam, ut ſcias hujus dimidium poſterius. Haec ditio Rbhiae conſideretur ut dimidium prius ditionis denuo majoris, et legendo pergatur usque ad Sakephum, qui alterum dimidium obſignat. A Sakepho, cujus ditio integra iterum ſiſtit dimidium prius ditionis majoris, pergendum eſt ad Atnachum, ut ſcias alterum dimidium. Denique Atnachi ditio eſt dimidium Paſuci. Ita ab initio ad extremum dimidia prima, ſecunda, tertia — Tliſcha magno et ejus ſervo, Rbhia, Sakepho et Atnacho definiuntur.

§. 375.

Sequitur, ut de nexu et reſpectu dimidiorum, quae ex hac analyſi reſultant, praecipiam. Non autem datur nexus et reſpectus ditionum duarum integrarum, exceptis duobus hemiſtichiis in libris proſaicis. Nam ditionum deinceps poſitarum prior in ſyſtemate accentuum ſemper majori accentu quam poſterior obſignatur, et majoris accentus ditio non poteſt eſſe dimidium ditionis accentus minoris, ut

utra-

utraque unum totum efficiat. Sed omnino datur nexus et reſpectus duorum dimidiorum, quae unam ditionem efficiunt, et quorum prius eſt ditio integra, quae vero jam non a ſuo domino denominatur, ſed ut prius dimidium ditionis majoris conſideratur. Igitur etiam nexus et reſpectus eſt partium orationis, quae talibus ditionum dimidiis continentur, ſicut in univerſum hac methodo intelligi poteſt, quomodo priora poſterioribus magis magisque determinentur.

§. 376.

Ita hujus methodi multiplex uſus eſt in cognoſcendo partium orationis nexu et reſpectu, quando quaeritur, quousque vocabulum aut membrum quodvis ad ſiniſtram reſpiciat aut referendum ſit, vel quando prima pars reliquis conjunctis aut ſeparatim determinatur. Atque hic uſus ad tria potiſſimum capita revocari poteſt. Nam

I.) in hac reſolutione bina dimidia plerumque partes homogeneas ordinaria ſectione definitas oſtendunt. Quando autem partes heterogeneae apparent, quarum reſpectus mutuus indicatur, ut quando periodus non ad integram periodum alteram, aut propoſitio non ad integram propoſitionem alteram reſpicit: ex accentibus accurate cognoſcitur, quousque reſpectus partis prioris extendatur, videlicet ad accentum proxime majorem illo, quo pars prior obſignata eſt. Et quando pars altera

Dichotomia continua verſus dextram in dimidia prima, ſecunda, tertia diviſa concipitur, (§. 374.) pars prior ad partis poſterioris dimidium prius, cui adjuncta eſt plerumque aliqua emphaſis, idque primum, vel ſecundum, vel tertium accentibus referri dicitur. Talia ſunt loca in §. 139. num. I. citata, et quae poſtea in ſectione priori Capitis de Propoſitionibus coaleſcentibus notantur.

§. 377.

II.) Hac reſolutionis methodo partium homogenearum diſtinctio, quae ſectione continua a ſiniſtra ad dextram facta eſt, judicatur, ubi non ſolum pars ultima partibus prioribus conjunctis ex Theorem. III. ſed etiam ſaepius pars prima poſterioribus ſeparatim ex Theor. IV. determinatur. Igitur ſi ab accentu partis primae ad accentum proxime majorem verſus ſiniſtram continuo progrediaris,

1) definiuntur conceptus in propoſitione diverſi, qui Verbum finitum primo loco poſitum ſeparatim determinant, quod artificium in ipſa praxi non exigui eſſe momenti reperitur,

   a) quia ſic ſciri poteſt, quae vocabula unum conceptum compoſitum efficiant;

   b) quia inde cognoſcitur conceptus compoſiti diſtractio, quando ejus termini, maxime homogenei, §. 13. non uno conceptu, ſed ſeparatim ceu conceptus diverſi ad Verbum finitum referuntur: §. 90. n. 2.

c) quia

c) quia inde apparet conceptuum diverſorum conjunctio, quando illi ex legibus Dichotomiae ſeparatim ad Verbum referri debebant, jam vero ex cauſis ſingularibus ut unus conceptus tractantur.

2) Definiuntur conceptus compoſiti termini, ubi primus reliquis ſeparatim determinatur. §. 408.

3) Deſignantur propoſitiones, quae primam ſeparatim determinant, cum ſaepe uno membro ad primam referri potuiſſent. §. 472.

§. 378.

III.) Hujus methodi uſus eſt ſingularis in reſolutione membrorum orationis, quae ad Theorema VI. §. 76. pertinent, ubi partium *a*, *b*, *c*, quae ab initio accedunt, relatio ad partes, quae in eodem membro ſequuntur, determinanda eſt. Sic

1) in propoſitione, ubi Verbum finitum V. conceptibus — DCBA ſeparatim determinatur, et antecedunt conceptus diverſi *a* vel etiam *b* et *c*, ſuppoſita partium — DCBAV ex Theor. IV. diſtinctione, cognoſcitur, quousque conceptus *a* referendus ſit, ſi ab hujus accentu ad accentum proxime majorem progrediaris, videlicet vel ad ſolum Verbum finitum, vel usque ad conceptum A, vel B, vel C, — §. 385-389.

Eodem modo ab accentu conceptuum *b* aut *c* progrediendo ad accentum proxime

jorem, cognoſcitur, vel eodem illos reſpectu ac *a* gaudere,

vel *b* aut *c* ulterius emphaſeos cauſa referri. §. 390 — 392.

2) Quando termini conceptus compoſiti — DCBA ita comparati ſunt, ut A terminis poſterioribus ſeparatim determinetur, accedat autem a principio terminus M, ille vel ad ſolum A, vel usque ad B, vel usque ad C reſpicere intelligitur. §. 411.

3) Quando propoſitionibus coaleſcentibus conceptus aut propoſitio praemittitur, et uno membro comprehenditur, terminus reſpectus hac methodo accurate cognoſcitur. Nam conceptus ille

a) ſi ad prius Verbum propoſitionum coaleſcentium pertinet, et emphaſi caret, non ultra propoſitionem priorem refertur, ſed nonnunquam cum emphaſi ſimul ad partem propoſitionis poſterioris, imo ad coaleſcentium utramque integram. §. 497.

b) Si ad Verbum utrumque determinandum comparatus eſt, vel idem ejus eſt reſpectus ac propoſitionis prioris, vel uno gradu longius reſpicit. §. 498.

Ita propoſitio ab initio accedens nonſolum ad utramque propoſitionum coaleſcentium, ſed etiam ſaepius ad ſectionem minorem referri hac methodo intelligitur. §. 499 — 502.

CAPUT

CAPUT XI.

CONCEPTUUM PROPOSITIONIS DISTINCTIO.

Monita generalia, §. 379.
Canon I. de conceptibus BA, 380.
Canon II. de conceptibus diverſis — DCBAV, 381 - 383.
Canon III. de concepti-bus V — DCBA, 384.
Canon IV. de conceptibus — DCBAV a b c, 385.
ubi V f. Verbum finitum cum conceptibus poſterioribus ex Canone II. diſtinguitur, deinde
1) conceptus *a* reſpicere intelligitur
vel ad ſolum Verbum, 386.
vel usque ad conceptum A, 387.
vel usque ad B, 388.
vel usque ad C, 389.
vel usque ad D, 389.
2) conceptuum *b* et *c* eſt ordinaria ratione reſpectus idem ac conceptus *a*, nonnunquam tamen *b* ulterius reſpicit, 390 - 392.
Corollarium I. de reſpectu ſimili particularum, 393.
Corollarium II. Termini diſtinctionum nonnunquam minuuntur, 394.
Corollarium III. Quando conceptus *b* eſt particula, illa ſaepius ad ſolum conceptum *a*, vel integrum vel etiam dimidium refertur, 395.
Canon V. Si fuerint duae ſeries conceptuum in una propoſitione, ſectio prima incidit, 396.
vel in ſerierum confinio, 397.
vel intra ſeriem poſteriorem, 398.
vel intra ſeriem priorem, 399.

§. 379.

Si duo pluresve conceptus diverſi ſunt in propoſitione, eorum diſtinctio certis legibus facta intelligitur, et ſunt hic applicanda Theoremata illa generalia ex Capite de Dichotomia, quae docent, qua proportione conceptus propoſitionis diſtingui debeant. Igitur modos diverſos ſeparabo, et ad Canones quinque omnes propoſitionum formas exigam, ut certa et concinna diſtinctionis ratio cuivis ante oculos ponatur. Repetantur autem hic ea, quae ſupra in §. 17—21. dicta ſunt, quibus nonnulla generatim obſervanda adjiciam. Nam primo cum propoſitio, cujus conceptuum diſtinctio conſideratur, certam comprehendat accentuum ditionem, illius accentus dominus accurate cognoſcendus eſt: ideoque etiam poſtea orationis membra, quae conſideranda proponuntur, notatis accentibus et eorum ditione accurate indicabo, ubi hemiſtichium Paſuci prius aut poſterius literis α) et β) deſignatur. Deinde cum Verbum finitum in propoſitione ſaepius omiſſum ſit, illud fere conceptus, qui in Nominativo eſt, includere, et pro eo eſſe ſupponitur, qua hypotheſi hujusmodi propoſitiones ad Canonum infra poſitorum analogiam facile revocantur. Et quoniam Particularum uſus et ſignificatio maximi res momenti merito habetur in explicatione locorum Hebraicorum, earum diſtinctionem diligenter adnotavi. Atque hoc etiam eo factum eſt, ut pateſcat, Par-

ticulas

ticulas in propoſitione ſicut alios conceptus diſtingui, et Jo. *Frankii* hypotheſes non magni eſſe faciendas, qui in Diacritica S. paſſim, maxime in §. 163—178. Particularum diſtinctionem multis dubiis implicuit.

§. 380.

Canon I. *Si propoſitio duobus conceptibus diverſis* BA *conſtat*, *in confinio eorum eſt ſectio.* Hoc eſt ipſum Theorema I. §. 72. ad conceptus in propoſitione applicatum. Exemplorum ſunt duo genera. Nam

1) Verbum finitum adeſt loco priori vel poſteriori, ut

Gen. I. 14. ut diſtinguant | inter diem et inter noctem,

Gen. III. 2. de fructu arborum horti | comedimus.

Conf. *α*) Gen. I. 18. bis, Pſalm. XVI. 5. 7. XVII. 8. XVIII. 20.

β) Gen. XVII. 4. Pſalm. VI. 8. IX. 2. X. 1. 2.

2) Verbum omiſſum eſt, cujus vices gerit conceptum prior:

Gen. I. 2. et tenebrae *erant* | ſuper abyſſo.

Gen. II. 11. Nomen primi *erat* | Piſchon.

Conf. *α*) Gen. XXXII. 20. XL. 10. 11. Pſ. VII. 12. XIX. 11. XXII. 4. 26.

β) Gen. IV. 22. XXIX. 2. Pſalm. VI. 4. X. 7. XI. 6. XVIII. 10. 12.

Scholion I. Pro conceptu priori eſt particula, ut

 אָנָּה,

אָנָה, Gen. XVI. 8. XXXII. 17. Jud. XIX. 17. 2 Sam. II. 1.

יַעַן, 1 Reg. XXI. 20. Jeſ. LXV. 12. Prov. I. 24.

לֹא, 2 Reg. VI. 12. Zach. IV. 5. 13. Pſalm. XXXVII. 21. 24. 33.

Scholion II. Diſtinctio ordinaria ex §. 353 — 355. intelligitur. At ſaepenumero pro ſervo venit ſubdiſtinctivus minor, vel pro hoc ſubdiſtinctivus major, quo vel pronunciatio tardior ob emphaſin aut numerum, vel tonus in conceptu priori ob reſpectum ad ſuperiora deſignatur. §. 360.

Conf. α) Num. XXVIII. 12. 13. Ezech. XXIII. 20. XL. 38. Joel. IV. 14.

β) Num. III. 21. X. 14. 18. 22. 25. Jeſ. LXI. 5. Jer. IX. 24.

§. 381.

Canon II. *Si propoſitio conceptibus diverſis — DCBAV conſtat, ex quibus* V *eſt conceptus determinandus ſeu Verbum finitum, quod conceptibus poſterioribus magis magisque ſeparatim determinatur: eo major eſt ſectio, quo longius conceptus determinantes a determinando diſtant.* Hoc eſt ipſum Theorema IV. §. 74. et poſſunt tales propoſitiones ad methodum in §. 377. expoſitam in ſuos conceptus reſolvi:

Gen. II. 21. Et immiſit | Jehova Elohim || ſoporem ||| Adamo.

Gen. IV. 17. et vocavit | nomen urbis illius || nomine filii ſui Chanochi.

Add.

Add. exempla plura, ubi veniunt poſt Verbum
conceptus duo: α) Gen. X. 30. Pſalm. XX. 2.
XXI. 9. 10. 14. XXII. 23.
β) Gen. I. 4. II. 2. VI. 18. Pſalm. XX. 6. 7.
XXI. 4. 7. XXII. 24. 28.
conceptus tres: α) Gen. I. 8. 17. II. 2. 8. III. 21.
XVI. 3. Pſalm. XL. 4.
β) Gen. XXII. 2. Jud. XVI. 30. Pſalm. XL.
16. XLV. 10. LV. 23.
conceptus quatuor: α) Gen. XI. 8. XXIV. 35.
Lev. IV. 15. Pſ. XLII. 4.
β) Gen. IV. 3. XXIV. 29. Pſalm. XVIII. 51.
conceptus quinque: α) Joſ. X. 21. Jeſ. XLVII. 9.
in Paſuco integro: Num. III. 43. Pſalm.
XIX. 15.

§. 382.

Quando Verbum omiſſum eſt, conceptus primus, ſi eſt in Nominativo, nonnunquam Particula, illud includere putatur, et pro conceptu determinando habetur. Ita includunt Verbum

1) Pronomina et Particulae, v. g.

אֵין, Jeſ. XLIII. 11. 12. 13. Jer. X. 6. | XIV. 19.
XV. 1. XLIX. 7.
אֵלֶּה, Gen. XXV. 7. XXXVI. 20. 21. 30.
Num. III. 20.
אֲנִי, Ezech. I. 1. Hoſ. V. 12. Pſalm. LII. 10.
אַתָּה, Gen. XXVI. 29. Jer. XIV. 9.
הוּא, Gen. XIV. 18. Pſ. XXIV. 10.

ווּ, Lev. XI. 29. Num. VII. 84. Jeſ. XIV. 26.
LIV. 17. LIX. 21.

2) alii Nominativi: α) Lev. III. 17. Jer. II. 3. XVII. 9. XXIV. 2. Ezech. XIX. 10. XLV. 15. Pſalm. X. 16. XIX. 8. 9. 10. XXI. 6. —
β) Exod. XXVII. 21. Lev. XXIII. 21. 31. Jeſ. XIX. 16. Ezech. IX. 1. XL. 49. XLI. 5. Mich. I. 14. Zach. XII. 5. Cohel. VII. 8. —

§. 383.

Sunt loca multa alia, quae accentum majorem oſtendunt. Nam I. cum conceptus A et V, iique ſimplices, poſſint ſervo copulari, venit nonnunquam ſubdiſtinctivus minor, plerumque Paſchta ante Sakephum, ut Verbum f. conceptus primus cum tono et aliqua gravitate efferatur. Ita occurrit Paſchta:

Lev. XXV. 21. 27. 41. 50. XXVI. 30. Num. I. 46. 53. III. 9. IV. 40. V. 2. 24. VI. 17. VII. 11. VIII. 13. 14. X. 11. XI. 5. —

II. In vocabulo antepenultimo propoſitionis f. ditionis occurrit ſubdiſtinctivus major pro minori, qui deinde in penultimo ſcriptus eſt, (§. 360. num. 3.) quod indicio eſt, conceptum antepenultimum vel penultimum cum tono plerumque ob emphaſin aut reſpectum ad ſuperiora efferendum fuiſſe, §. 89. Ita notatur 1) conceptus antepenultimus cum tono Sakepho pro Tiphcha; Num. XXXI. 5. 26. Jerem. XXVIII. 5. Joël. III. 3. Jon. II. 2. Mal. II. 12. Eſth. IX. 27. Dan. I. 9. vel Rbhia pro Paſchta, Num. X. 10. Eſra VIII. 36.

2) con-

2) conceptus penultimus cum tono:

α) Lev. XXIV. 14. XXV. 21. XXVI. 30. 36. 41. Num. III. 9. 13. 48.

β) Lev. XXV. 2. 21. 37. 38. Num. IV. 13. 27. V. 20. VI. 17. VII. 11. —

§. 384.

Canon III. *Si propoſitio conceptibus diverſis* V—DCBA *conſtat, ex quibus* V *eſt conceptus determinandus, ſeu Verbum finitum, quod conceptibus prioribus ſeparatim magis magisque determinatur: eo major eſt ſectio, quo longius conceptus determinantes a determinando diſtant.* Hic Canon ex Theor. V. §. 75. intelligitur, et conceptuum diſtinctio ad methodum §. 368-372. expoſitam judicatur.

Gen. VI. 16. et oſtium arcae || ad latus ejus | ponito.

Gen. IX. 6. per hominem || ſanguis ejus | effundetur.

Ita veniunt ante Verbum finitum conceptus duo:

α) Gen. XXI. 13. Exod. XII. 20. Lev. II. 13. VI 15. VII. 15. X. 15.

β) Gen. IX. 2. XIV. 10. XVI. 8. XVII. 6. XLII. 8. 18. 22.

conceptus tres: α) 1 Sam. XX. 20. Ezech. XVIII. 11. XX. 32. Hoſ. VII. 8.

β) Jeſ. XI. 8. Zach. V. 3. Nehem. II. 16. V. 14. Pſ. LI. 19. CII. 20.

Scholion I. Nonnunquam pro conceptu primo eſt particula, v. g. עַד, Gen. XLIII. 7. XLV. 26. Jeſ. V. 25. Job. I. 16. 17. 18.

לָכֵן, Jer. VII. 32. XVI. 4. XIX. 6.

עַל־כֵּן, Exod. V. 17. Jeſ. XIII. 7. 13.

עַתָּה, Gen. XXXI. 30. 42. Num. XI. 6. Jud. IX. 16.

Vel eſt ab initio conceptus abſolute poſitus:

α) Gen. XLIX. 19. Lev. XXI. 14. 2 Reg. XXIII. 15. Jeſ. XI. 10.

β) in dit. Sakephi: Exod. I. 22. Jeſ. XV. 5. Nahum. I. 3.

Scholion II. Conceptus ultimus Verbum finitum includit:

α) Pſalm. XI. 4. XXXVI. 6. XXXVIII. 10. 18. LVI. 13. XCIX. 2.

Ita Pronomina Verbi omiſſi locum tenent: v. g.

אַתָּה, Eſra IX. 15. Pſalm. XXII. 11. LXIII. 2.

הוּא, Gen. XLI. 25. XLV. 20. Exod. III. 5. XVI. 36.

Scholion III. Ad conceptum primum nonnunquam ſubdiſtinctivus major pro minori emphaſin deſignat:

α) Gen. XLIII. 18. Lev. XXVII. 30. Num. XI. 7. Jeſ. XLIX. 12.

β) Exod. I. 22. III. 5. Num. XIX. 5. Deut. XII. 22. —

§. 385.

Digitized by Google

§. 385.

Canon IV. *Sint conceptus propoſitionis* —CBAV *a b c*, *ex quibus* V *eſt conceptus determinandus, plerumque Verbum Finitum, quod conceptibus diverſis* CBA *ſeparatim magis magisque determinatur*, *deturque reſpectus conceptus a*, *qui eſt varius et arbitrarius; tum reſpectus conceptuum priorum b c ordinaria ratione eſt idem, itque eo majori ſectione diſtinguuntur, quo longius a conceptu* V *remoti ſunt.*

Hic Canon ex Theorem. VI. §. 76. intelligi poteſt, et ubivis primo conceptuum —CBAV diſtinctio ex Canone II. §. 381. perficienda aut judicanda eſt. Deinde ut omnia recte intelligantur, formam duplicem propoſitionum hujus generis accurate diſtingui oportet. Nam *Forma* I. eſt, cum ante ſeriem conceptuum —CBAV conceptus unicus *a* accedit, de cujus reſpectu quaeritur. Atque haec forma exempla ſectionis liberae ſ. arbitrariae, quae tamen non caret ratione, comprehendit, et in aliquot hypotheſes reſolvitur. Conf. §. 378. num. 1.

§. 386.

Hypotheſis I. Conceptus *a* reſpicit ad ſolum Verbum, atque hoc indicio eſt, ipſum Verbum cum tono fuiſſe efferendum.

Gen. II. 11. ille | ambit | omnem regionem Havilah.

Gen. XLV. 22. univerſis | dedit | cuique || mutatorias veſtes.

a) Gen.

α) Gen. III. 15. X. 21. 25. XII. 16. Exod. XV. 17. XXIII. 30. Lev. V. 25. XIV. 2. XIX. 6. Pſalm. XII. 3. XLII. 8.

β) Gen. II. 13. IV. 20. 21. XIV. 12. Lev. VI. 19. Num. V. 18. IX. 23. Jeſ. XXVII. 12. Pſalm. I. 2. IX. 6. XLVIII. 9.

Scholion I. Conceptus *a* ſaepius eſt Particula, v. g.

אֵיךְ, Jeſ. XXXVI. 9. Jer. IX. 6. XLIX. 25. Dan. X. 17.

הֲלֹא, Jeſ. XL. 21. Habac. I. 12. Zach. VII. 6. Pſalm. XIV. 4.

יַעַן, Jeſ. XXX. 12. Jer. V. 14. XXIII. 38. Ezech. V. 7.

כַּאֲשֶׁר, Jeſ. X. 11. XI. 16. XX. 3. LI. 13. LV. 10. —

כִּי, Gen. III. 17. IV. 12. 25. VI. 5. XIV. 14. XIX. 30.

לֹא, Lev. XXV. 11. 20. 30. 42. XXVI. 14. Pſalm. V. 5. IX. 13.

מָה, Exod. III. 13. Jeſ. I. 5. Hab. II. 1. Mal. I. 6.

Scholion II. Frequentiſſimus eſt in Codice Hebraico uſus Infinitivi, qui quaſi Gerundii poteſtate in Caſu ſexto Modo finito plerumque ejusdem Verbi adjungitur, et tractari ſolet ſicut conceptus alii, quibus Verbum in propoſitione determinatur. Igitur ubi Gerundium Verbo finito poſtponitur, ex Canone II. diſtingui ſolet, ut Gen. VIII. 7. Num. XI. 15. 32.

Joſ.

Joſ. XXIV. 10. Jud. V. 23. Jeſ. XIX. 22. LV. 2. Jer. XXII. 10. Si vero Gerundium ante Verbum finitum collocatum eſt, ex hoc Canone IV. diſtinguitur, et ceu conceptus *a* primo ad ſolum Verbum refertur, v. g. Gen. III. 16. XVI. 10. XVII. 13. XVIII. 10. XX. 7. 18. XL. 15. L. 15. Exod. III. 7. 16. V. 23. XIII. 19.

Scholion III. Idem eſt reſpectus conceptus *a*, quando V eſt conceptus alius, qui Verbum finitum includit:

Gen. XXIII. 4. Peregrinus et advena | ego ſum | apud vos. v. 6. Princeps Dei | tu es | inter nos.

Ita α) Gen. XL 12. 14. XXIX. 2. XXXI. 38. 48. L. 11. Exod. XII. 42. Lev. XIII. 11. Jeſ. XL. 15. Jer. XXII. 6. 17.

β) Gen. XII. 14. XXVI. 33. Exod. IV. 25. Lev. XIII. 42. Jeſ. XL. 10. LIII. 9. LVI. 3. LXII. 11. Jer. XIV. 22.

Scholion IV. Cum conceptus V et *a*, uterque ſimplex, alioquin ſervo cohaereant, venit nonnunquam pro ſervo ſubdiſtinctivus minor, ſicut §. 383. I. v. g.

α) Pſalm. XII. 3. XXXVI. 5. LXVIII. 17. inprimis Paſchta pro Munacho: Gen. XXVII. 6. Lev. XI. 9. Num. XXI. 14.

β) Gen. XXIX. 17. Num. XI. 34. Devt. I. 42. XV. 8. Jeſ. XL. 21.

§. 387.

Hypotheſis II. Conceptus *a* reſpicit usque ad conceptum A, (§. 378. num. 1.) quod indi-

indicio eſt, conceptum α cum tono fuiſſe efferendum, ſicut hic non ſolum Verbum, ſed quatenus hoc conceptu A jam determinatum eſt, hoc eſt A+V, magis determinat. Conf.
α) Gen. II. 6. IV. 1. 24. VII. 9. 19. Exod. XII. 36. Lev. II. 12. VII. 34. X. 14. XII. 4. XIX. 36. Pſalm. III. 3. 5. V. 9. IX. 7. XIX. 5.
β) Gen. I. 27. III. 15. IV. 12. 18. X. 32. Exod. X. 23. XII. 34. XIII. 18. XV. 19. XXV. 19. Pſalm. III. 2. V. 7. XLII. 2. 7. LXII. 13.

Scholion I. Conceptus α ſaepius eſt Particula cum tono pronuncianda, v. g.

אָז, Lev. XXVI. 34. 41. Joſ. XX. 6. XXII. 1. 31. Jud. V. 11. 13.
אֵיךְ, Gen. XLIV. 8. 34. Jeſ. XIV. 4. 12. XIX. 11. XX. 6.
אַךְ, Gen. XXVII. 13. Jud. III. 24. X. 15. Jer. II. 35.
גַּם, Jer. V. 28. Joel. IV. 4. Zach. III. 7. Eſth. VII. 8.
הֲלֹא, Gen. XLII. 22. Jeſ. LVIII. 7. Jer. III. 1. XXVI. 19.
יַעַן, Ezech. XIII. 8. 22. XVI. 36. XX. 24. XXI. 24.
כַּאֲשֶׁר, Exod. I. 12. 17. VII. 6. 10. 13. 20. 22. VIII. 11. 15.

Scholion II. Pro conceptu α eſt Gerundium, v. g.
α) Gen. XLIII. 7. Deut. XXIV. 13. Jer. VI. 9.
β) Exod.

β) Exod. XXII. 15. Devt. XV. 11. Jer. XI. 12. XXIII. 32.

vel conceptus abſolute poſitus, ut

α) 1 Sam. II. 10. 1 Reg. XV. 13. 2 Reg. I. 4. Ezech. XX. 16.

β) Jer. XIX. 3. XXV. 31. XXXI. 30. Ezech. V. 6.

Scholion III. Idem eſt reſpectus conceptus *a*, quando V eſt conceptus alius, qui Verbum includit:

α) Gen. XXIV. 25. XL. 8. XLI. 15. XLII. 6. Lev. XXIII. 6. Jeſ. XXVII. 4. XL. 17. LIV. 9. Pſalm. XVIII. 31. XLII. 9.

β) Gen. II. 14. IX. 18. XII. 6. XV. 2. Devt. II. 7. XI. 12. Jud. VI. 24. Jer. X. 5. Pſalm. XLV. 15. LI. 5.

Scholion IV. Ad conceptum *a* nonnunquam major ſubdiſtinctivus pro minori ſcriptus eſt, ex quo intelligitur, tonum in eo conceptu eſſe cum emphaſi et reſpectu ad ſuperiora. Conf.

α) Gen. XIV. 4. XXIII. 6. Exod. VIII. 23. XII. 18. XV. 6. XXV. 15. 27. 32. Lev. VII. 24. VIII. 20. IX. 10. XIII. 41. Pſ. XIX. 2. XLII. 2.

β) Exod. VI. 1. XII. 4. 8. 49. XVI. 10. XX. 19. XXI. 4. 14. XL. 34. 35. Lev. I. 2. VII. 13. VIII. 33. XVI. 2. XIX. 6. Pſalm. XI. 5.

§. 388.

Hypotheſis III. Conceptus *a* reſpicit uſque ad conceptum B, quo indicatur, tonum

in illo reſidere cum emphaſi aut reſpectu ad ſuperiora: ſicut ille ſpectat ut prius dimidium ad ditionem reliquam accentus, qui conceptui B adſcriptus eſt, ſiquidem non ſolum Verbum, ſed quatenus hoc conceptibus A et B jam determinatum eſt, hoc eſt, B+A+V magis determinat. Conf.

α) Gen. XXI. 6. XXV. 6. XL. 13. XLI. 3. L. 20. Exod. IX. 23. X. 13. XI. 1. XII. 15. 17. XVI. 35. Pſalm. IX. 9. XXX. 4. XL. 12. XLI. 6.

β) Gen. XXI. 12. XXIV. 7. 53. XXXI. 25. 47. 52. XL. 17. Exod. XIII. 9. 16. XIV. 25. Lev. V. 16. VI. 14. Pſalm. LVI. 3. LXVI. 3. 7.

Scholion I. Conceptus *a* eſt Particula, quae eodem modo cum tono et emphaſi ad B refertur, v. g.

אָז, Jud. VIII. 3. 2 Sam. V. 24. 1 Reg. IX. 11. Pſalm. LVI. 10.

יַעַן, Jeſ. LXI. 1. Ezech. XXV. 8. XXXV. 5. XXXVI. 3.

לָכֵן, Gen. XXX. 15. Jud. VIII. 7. 2 Reg. XIX. 32. XXI. 12.

עַל־כֵּן, Gen. XXXII. 33. Exod. XX. 11. 2 Sam. VII. 27. 1 Reg. IX. 9.

עַתָּה, Gen. XXIV. 49. XLIV. 33. XLVII. 4. Exod. X. 17.

Scholion II. Conceptus *a* eſt conceptus abſolute poſitus:

α) Gen.

α) Gen. XVII. 15. Lev. XXII. 22. XXVI. 36. Num. VI. 7.

β) Gen. II. 20. Num. XIV. 7. Devt. IV. 3. Joſ. XXIII. 9.

Scholion III. Idem eſt reſpectus conceptus *a*, quando V eſt conceptus alius, qui Verbum finitum includit:

α) Num. XV. 15. Devt. X. 17. Jeſ. XL. 16. Pſalm. VIII. 2.

β) Exod. XXVII. 9. Lev. XXIII. 34. Num. XIV. 7. 2 Sam. III. 22.

§. 389.

Hypotheſis IV. Conceptus *a* nonnunquam reſpicit usque ad conceptum C, eſtque dimidium prius ditionis accentus illius, qui conceptui C adſcriptus eſt, adeoque non Verbum ſolum, ſed quatenus hoc conceptibus ABC jam determinatum eſt, h. e. C+B+A+V magis determinat. Cum vero, ut videtur, ejus reſpectus usque ad B ſufficeret, non quidem credo majorem emphaſeos gradum denotari, ſed potius exiſtimo, rationem partim in numero et decoro pronunciationis, partim in indole conceptuum ipſorum eſſe quaerendam, ut quando conceptus *a* compluribus vocabulis conſtat, ubi diſtinctio major ad *a* requirebatur, ne membra nimis inaequalia fierent. Conf.

α) Lev. IX. 21. Num. XVIII. 19. Devt. V. 19. Jud. VII. 24. 1 Reg. XVII. 6. Jeſ. I. 19. XXVII. 1. Jer. III. 10. L. 4. Eſra IV. 7.

 β) Gen.

β) Gen. XLI. 44. XLVII. 24. Exod. XIII. 14. XVI. 23. Lev. II. 11. Devt. III. 18. XXIV. 11. Joſ. XXII. 24. Jud. XX. 4. XXI. 1.

Scholion. Pro conceptu *a* eſt Particula eodem reſpectu:

בְּיוֹם, Devt. IV. 15. לְבִלְתִּי, 2 Reg. XXIII. 10. עַד־מָתַי, Exod. X. 7. וְעַתָּה, Num. XXII. 19. Jud. VII. 3. 1 Sam. XIII. 13.

vel conceptus abſolute poſitus: Lev. II. 11. *β*) Neh. X. 32. *α*) et in Paſuco integro: Num. I. 3. Devt. XXVIII. 56. 2 Par. XX. 14.

Hypotheſis V. Occurrunt aliquot loca, in quibus conceptus *a* reſpicit usque ad conceptum D, eſtque dimidium prius ditionis, cui praeeſt accentus, qui conceptui D adſcriptus eſt. Conf.

α) Lev. XXIV. 3. 1 Reg. XV. 4. Dan. I. 17. 1 Par. XII. 40.

in Paſuco integro: 1 Reg. X. 11. XV. 33. XVI. 8. 2 Reg. XIII. 1. 10. XV. 8. 17. 23. 27. XVII. 1. Hagg. I. 1.

§. 390.

Forma II. propoſitiones comprehendit, in quibus conceptui *a* conceptus alius diverſus *b* vel etiam *c* praemittitur, quorum reſpectus ordinaria ratione eſt idem ac conceptus *a*, et eo majori ſectione diſtinguuntur, quo longius a conceptu V remoti ſunt, unde accentibus continuo majoribus ejusdem claſſis notati reperiun-

periuntur. Sed etiam ſaepius conceptus *b* vel *c* ulterius reſpicit, quo tonus aut emphaſis in eo conceptu denotatur, quod ex eo cognoſcitur, quando ſubdiſtinctivus non claſſis ejusdem, ſed claſſis proxime majoris adſcriptus eſt. Conf. §. 361. Igitur ad hypotheſes ſingulas primo reſpectum ordinarium, deinde emphaticum, exemplis declarabo.

Hypotheſis I. Si conceptus *a* ad ſolum Verbum reſpicit, conceptuum *b* et *c* fere reſpectus idem eſt. Hinc ſi conceptus *a* cum ſervo eſt, tum *b* ſubdiſtinctivum minorem, et *c*, qui quidem rarius occurrit, majorem requirit: ſin ille minori notatus eſt, tum *b* majorem, et *c* maximum vel majorem repetitum poſtulabit. Conf.

α) Lev. VIII. 33. XXIII. 14. XXV. 45. Devt. XIV. 7. XIX. 7. Joſ. II. 18. III. 4. Jud. I. 29. V. 26. 1 Sam. XIV. 8. Jer. VI. 22. IX. 15.

β) Exod. IV. 23. XIII. 15. Num. XIII. 22. Devt. VIII. 20. XV. 11. 15. Zach. V. 10. Ruth. II. 13. Eſth. III. 3. Pſ. XLV. 6. 18.

Add. Exod. XXVIII. 8. Jer. XXIX. 27. α) VIII. 22. β) ubi conceptus *c* accedit.

Scholion I. Sed conceptus *b* ſaepenumero ulterius videlicet usque ad conceptum A reſpicit, notatus ſubdiſtinctivo ordinis ſuperioris v. g.

α) Gen. XVI. 1. XVII. 4. XX. 4. XLII. 21. Exod. V. 16. XI. 7. XIV. 17. XIX. 5. XXI. 11. XXIV. 11. Lev. II. 11. XVIII. 10. 22. XXII. 24. 25.

 β) Gen.

β) Gen. XVIII. 20. 22. XXIV. 8. XXX. 33. XLI. 9. Exod. V. 8. 22. VI. 3. XI. 4. XII. 22. XVI. 25. XVII. 9. XX. 20. Lev. VIII. 29. XV. 26.

Add. Exod. XII. 19. α) 2 Sam. I. 22. α) Eſra IV. 16. β) 2 Par. I. 16. β) it. Lev. XXII. 28. ubi conceptus *c* eodem reſpectu ac *b* accedit.

Scholion II. Major emphaſeos gradus videtur denotari, quando conceptus *b* reſpectum usque ad B extendit, et ad ditionem accentus ſpectat, quo conceptus B obſignatur, ut

α) Exod. IX. 14. Gen. XVIII. 18. Num. XVIII. 21. Jud. V. 11.

In Paſuco integro: Gen. IX. 9. 1 Reg. XIV. 19. 29. Jer. XIV. 8.

Scholion III. Reſpectu eodem *a* et *b* gaudent, ſed *c* ulterius videl. ad A reſpicit;

α) Jud. IX. 15. Jer. XLIX. 2.

β) Cohel. I. 7. Dan. II. 10.

§. 391.

Hypotheſis II. Si conceptus *a* usque ad A reſpicit, conceptuum *b* et *c* reſpectus idem eſt, quorum accentus ad ditionem accentus ad A pertinent. Conf.

α) Gen. VII. 4. Exod. III. 9. Lev. XXIII. 7. XXV. 4. Num. VI. 5. XV. 20. XXIX. 1. 7. 12. 35. Devt. I. 30. 38. 39. Pſalm. V. 4. 8. XVII. 15.

β) Gen. XIII. 7. XXIV. 27. XXX. 30. Exod. XV. 17. XVIII. 23. Lev. VII. 19. IX. 4. XXII. 11. Devt. III. 22. IX. 4. 5. Joſ. VII. 10.

Add.

Add. 1 Reg. II. 16. α) Jeſ. I. 7. et Cohel. VIII. 16. β) ubi *c* accedit eodem reſpectu.

Scholion I. Etiam hic conceptus *b* ſaepe ulterius, videl. usque ad B reſpicit, quando notatur accentu, qui ad ditionem accentus ad B pertinet, v. g.

α) Gen. XLV. 8. Devt. XII. 22. XVI. 6. Joſ. IX. 12. 1 Reg. XII. 11. XIV. 10. XXII. 23. Ezech. III. 25. IV. 16. Mich. III. 8.

β) Jud. XVIII. 1. 2 Sam. IV. 11. Jeſ. XXI. 8. Jer. IV. 12. Cohel. V. 11.

Scholion II. Major emphaſeos gradus denotari videtur, quando reſpectus conceptus *b* usque ad C porrigitur:

α) Num. XXVIII. 14. Joſ. XIV. 9. Ezech. XXIV. 16.

β) 2 Par. XXXV. 8. it. in Paſuco integro, Dan. VIII. 1.

§. 392.

Hypotheſis III. Si conceptus *a* usque ad B reſpicit, conceptus *b* reſpectu eodem gaudet:

α) Gen. XVII. 19. in dit. Sakephi, Dan. IX. 16. 2 Par. I. 4.

β) Exod. XXX. 10. Devt. XVIII. 12. 14. 1 Reg. X. 28. Ezech. XX. 27.

Scholion. Conceptus *b* nonnunquam ulterius usque ad C reſpicit, cum tono et emphaſi efferendus:

α) Devt. IX. 6. poſt Rbhiam, Ezech. XXIX. 18. in dit. Sakephi, XXXIII. 30. it. in Paſuco integro, Nehem. XI. 25.

§. 393.

Corollarium I. ad Formam II. Quando Particula ante Particulam occurrit, quae ad idem Verbum ſ. ad eandem propoſitionem referri debet, I.) ratione ordinaria utriusque idem reſpectus terminus eſt. Conf.

α) Gen. XXVI, 29. Exod. IV. 10. Devt. V. 22. Jud. III, 2. 2 Reg. XII. 14. XXII. 20. Jer. VII. 32. XIII. 17. Eſra IV, 13. 16.

β) Gen. XXX. 30. Devt. VIII. 20. Joſ. IX, 12. Jer. VIII. 22. X. 21. Amos III. 8.

Ita Particularum אֲשֶׁר et כִּי cum poſteriori idem reſpectus eſt.

II.) Sed Particula prior haud raro ulterius reſpicit, cum emphaſi quadam et mora pronuncianda:

α) Devt. XII. 22. Jeſ. VIII. 7. X. 11. XXVIII. 16. Mich. IV. 9. Eſra IV. 14. 23. VII. 14. 1 Par. XVII. 4.

β) Exod. V. 14. Num. XXII, 37. Joſ. II. 7. Hoſ. VIII. 5. Dan. II. 30.

Ita כֹּל et aliae Particulae ante אֲשֶׁר, et כִּי ante כַּאֲשֶׁר et alias Particulas majori accentu notantur.

§. 394.

Corollarium II. Termini diſtinctionum nonnunquam minuuntur ad pronunciationem accelerandam, tum in propoſitionibus prolixioribus et parentheticis, tum ex cauſis aliis, atque ad hoc linea Makkeph adhiberi ſolet. Sic etiam quando in propoſitionis initio Particulae

culae concurrunt, altera vocabulo poſteriori per lineam Makkeph adjungitur, cujus diſtinctionis duae formae occurrunt. Nam I.) quando Particula altera accentu ſervo notanda erat, ea vocabulo proximo per Makkeph adhaeret, et Particula prior ſervum adſciſcit, v. g.

Gen. XX, 6. Exod. VII. 16. XII. 30. XIV. 11. Lev. XIII. 16. Num. XX. 19. Joſ. XXII. 19. Jud. X, 13. 2 Reg. I. 16. Mich. V. 7.

Ita occurrit לֹא vel אֵין cum Makkeph poſt אֲשֶׁר, it. אֲשֶׁר poſt אֵת, כָּל et alias Particulas.

II.) Quando Particula poſterior ſubdiſtinctivo minori per Hypotheſin II. §. 387. notanda erat, hunc ſibi vindicat particula prior, et poſterior illa per Makkeph proximo vocabulo adjungitur, ut Gen. IX. 24. XIII. 16. XV. 4. XX. 11. Exod. III. 19. XII. 15. XX. 23. XXI. 33. Lev. V. 22. 24. XIV. 32.

§. 395.

Corollarium III. Particula, quae ex Canone III. et IV. majori accentu quam conceptus poſterior diſtingui debebat, ſaepius ad eum ſolum, vel integrum, vel etiam dimidium refertur, tum quia membrorum aequalitas ſervanda erat, tum quia tonus in pronunciando magis illum conceptum quam Particulam afficit, ſicut Particula cum conceptu proximo vel Particula ſaepius una idea comprehendi poteſt, v. g.

אַךְ, Gen. IX. 4. Lev. XXIII. 27. Num. XVIII. 3. Devt. XIV. 7.

אִם, Exod. XXI. 11. Lev. XV. 23. 1 Reg. I. 27. Jer. V. 2. 9. 22. 29.

אַף, Lev. XXVI. 39. Jeſ. XXVI. 8. Dan. VI. 23.

אֲשֶׁר, Exod. III. 9. XXV. 9. Lev. XI. 26. XIV. 34. —

כִּי, Gen. II. 23. III. 7. 11. 19. IV. 24. et alibi ſaepius.

כֵּן, Jeſ. LXI. 11. LXVI. 13. Jer. V. 27. Ezech. XLI. 7.

רַק, Gen. XXIV. 8. Exod. IX. 26. Joſ. XIII. 14. 1 Reg. III. 3. VIII. 19.

§. 396.

Canon V. *Si fuerint duae ſeries conceptuum in una propoſitione, prior* — BAV *a b, et poſterior:* FEDC, *tum ſectio maxima ex conſilio auctoris ſacri conſtituta deprehenditur, vel in ſerierum confinio, vel intra ſeriem poſteriorem, vel intra ſeriem priorem, unde tres Formae exiſtunt, ſingulatim conſiderandae.* Tales ſunt propoſitiones, ubi Verbo finito, quod ſaepius uno vel pluribus conceptibus determinatur, Infinitivus, isque vel nudus, vel cum Particula praefixa, aut Participium adjungitur, uno vel pluribus conceptibus determinantibus additis. Nam ſi non additur conceptus alius, diſtinctio ex Canone II. vel IV. judicatur. Deinde tales propoſi-

poſitiones huc pertinent, ubi in translatione noſtris linguis facta Infinitivus aut Participium retineri ſolet et debet: alioquin ſi Verbo finito exponitur, duae propoſitiones exiſtunt.

§. 397.

Forma I. In talibus propoſitionibus primo ſectio maxima ex conſilio auctoris ſacri conſtituta deprehenditur in ſerierum confinio, ubi ſeries prior cum tono et aliqua interjecta mora effertur, et ſpectat ad ſeriem integram poſteriorem. Hic autem

I.) Verbum finitum Infinitivo aut Participio vicinum eſt:

Gen. IV. 17. et erat | aedificans urbem.

v. 26. tunc coeptum eſt | invocari nomen Jehovae.

Add. α) Gen. XII. 11. XVII. 22. XVIII. 27. 31. XXIV. 45. XLIII. 2.

β) Gen. X. 8. XI. 8. XIX. 11. Exod. VII. 14. XVI. 28.

II.) Poſt Verbum finitum unus pluresve conceptus ad illud pertinentes interpoſiti ſunt:

Gen. VI. 1. Cumque inciperent homines | augeri ſuper terra.

Ita α) Gen. XVIII. 29. Exod. II. 21. X. 4. 16. XL. 35. Devt. II. 30.

β) Gen. XIII. 16. Exod. VII. 18. X. 29. Devt. I. 9. V. 22.

§. 398.

Forma II. Sectionis terminus incidit intra ſeriem poſteriorem, et ſeries prior non ad

eam

eam integram, ſed modo ad partem ejus refertur, adeoque ſeries coaleſcunt, tonus etiam propoſitionis, non in extremo ſeriei prioris, ſed in parte priori ſeriei poſterioris reſidet. Ita ſeries prior I.) reſpicit ad dimidiam ſeriem poſteriorem;

α) Exod. IX. 11. Lev. XVI. 20. Num. XIV. 16. Devt. XI. 32.

β) Gen. XVIII. 11. Exod. VII. 24. Devt. XIV. 23. XVII. 10. XXI. 16.

II.) ad ſeriei poſterioris dimidium ſecundum: (§. 374.)

α) Devt. XXVI. 12. Jer. XLIV. 22. 2 Par. XXX. 10.

β) Devt. XIII. 12. Jud. XX. 31. 2 Sam. XXI. 10. 2 Par. XXIV. 14.

§. 399.

Forma III. Sectionis primae terminus incidit intra ſeriem priorem, ubi conceptus primus ad propoſitionem integram refertur, cum tono et emphaſi efferendus, ita quidem ut ſectio ſecunda ſit vel in confinio ſerierum, vel intra ſeriem poſteriorem. Sic

1) ſectio ſecunda eſt in confinio ſerierum:

α) Num. VI. 2. Ezech. III. 7. Cant. VIII. 7.

β) Joſ. IX. 19. Hoſ. V. 13. Eſra VII. 24.

2) Sectio ſecunda eſt intra ſeriem poſteriorem:

α) 2 Reg. IV. 1. VI. 8. XVII. 37.

β) 2 Sam. III. 17. 2 Reg. IV. 1.

CAPUT

CAPUT XII.

CONCEPTUUM COMPOSITORUM DISTINCTIO.

Canon I. Si fuerint duo conceptus compoſiti termini BA, in eorum confinio ſectio incidit, §. 401 - 404.

Corollarium. Saepius non in confinio terminorum, ſed intra terminum alterum ſectio ſtatuitur, 405.

Canon II. Si fuerint partes — DCBA, et A partibus reliquis conjunctis determinatur, ſectio poſt A incidit, 406.

Canon III. Si partium — DCBA ultima prioribus conjunctis determinatur, ſectio eſt ante partem ultimam, 407.

Canon IV. Si pars prima poſterioribus ſeparatim determinatur, eo major eſt ſectio, quo longius partes a prima diſtant, 408. 409.

Canon V. Eadem eſt diſtinctionis ratio, ſi pars ultima prioribus ſeparatim determinatur, 410.

Canon VI. Si ad partes — DCBA, quae ex Canone IV. diſtinguuntur, a principio pars M accedit, hujus reſpectus eſt arbitrarius, 411.

Canon VII. Si partes conceptus compoſiti vicinae ſe mutuo determinant, diſtinctio eſt arbitraria, 412.

Corollarium. Ad hunc Canonem referri poteſt diſtinctio trium vel plurium conceptuum homogeneorum, 413.

De repetenda conceptus compoſiti diſtinctione, 414.

De conceptus compoſiti diſtractione reſpectu Verbi finiti, quod vel in principio vel a parte poſteriori poſitum eſt, 415 - 418.

§. 400.

Diſtributione propoſitionum in conceptus ſecundum leges in Capite ſuperiori conſtitutas abſoluta, ſaepius apparent conceptus ex duobus pluribusve vocabulis juncti, qui repetita ſectione in partes minores reſolvendi ſunt, donec ad vocabula ſingula perveniatur: Quae reſolvendi ratio ad ſenſum dictorum percipiendum perutilis eſſe deprehenditur. Poſtquam igitur ſupra §. 13—15. conceptuum compoſitorum Theoriam breviter ſtrictimque expoſui, nunc omnem eos diſtinguendi et reſolvendi rationem per ſeptem Canones ſecundum Theoremata Capitis de Dichotomia, quibus innituntur, explicabo.

§. 401.

Canon I. *Si fuerint duo conceptus termini BA, ſive ſimplices ſive compoſiti, in eorum confinio ſectio incidit.* Vid. §. 72. Atque hic terminorum duorum ſimplicium prior in oratione ordinaria accentu ſervo, in emphatica ſubdiſtinctivo minori, et in pathetica linea Makkeph notatur: termini autem, quorum alter vel uterque ex vocabulis pluribus junctus eſt, eo accentu, quem diſtantia ab extremo conceptus vocabulo admittit, diſtinguuntur. Quod per omnia conceptuum compoſitorum genera oſtendi poteſt. Nam ita diſtinguuntur

1) Conceptus duo homogenei inter ſe copulati, v. g.

α) poſt

α) poſt Sakephum; Gen. I. 14. V. 5. IX. 1. XIII. 17. XXII. 6.

β) Gen. VII. 12. IX. 28. ſpec. poſt Sakephum, Gen. I. 4. IV. 4. IX. 13. 17. XIX. 30. XX. 7. XXIX. 17. XXX. 25. XLI. 19. Devt. IV. 29.

2) Termini duo Appoſitionis:

α) Gen. IV. 1. poſt Tiphcham, 2. poſt Sakephum, Hagg. II. 10. Eſth. III. 7. ita poſt Sakephum, Gen. XXVII. 5. 11. XXIX. 24. XXX. 7.

β) Gen. XXI. 10. XXIV. 4. XXXI. 4. XXXV. 29. XXXII. 4. Jeſ. VII. 3. XVIII. 7. poſt Sakephum, Jerem. XV. 4. XL. 8. Eſra VIII. 18.

3) Termini duo ſtatus conſtructi:

α) in ditione Sakephi, Gen. V. 4. 7. 10. XIV. 10. Exod. X. 6. Lev. VII. 13. XXV. 28. Jer. XXII. 25. Ezech. VIII. 10. XXVII. 24. 2 Par. III. 13.

β) in ditione Sakephi, Gen. I. 2. Exod. XXVIII. 17. Devt. XVIII. 12. Jeſ. XXXVI. 2. Jer. II. 6. Ezech. XXIII. 14. Zach. VII. 10.

4) Termini Subſtantivi et Adjectivi:

α) Gen. XXXII. 16. Exod. XXVI. 11. it. poſt Sakephum, Gen. I. 21. Exod. IX. 24. XIX. 16. Lev. XXI. 8. Jer. XXVII. 5.

β) Gen. II. 24. Exod. XII. 49. XXVI. 15. Lev. X. 16. XIV. 15. 26. Num. XV. 4. it. in dit. Sakephi, Gen. XXXII. 21. Num. XIII. 28. XXIX. 8.

§. 402.

§. 402.

5) Termini duo intercedente Particula conſtructi, vel praefixa, ut ב, Gen. II. 8. X. 5. 20. 31. כ, Gen. XL. 5. XLI. 12. XLIII. 33. ל, Gen. I. 11. 12. 16. III. 6. מ, Gen. II. 21. 23. III. 22. vel ſeparata, quae ad terminum alterum refertur, v. g. אֶל, Exod. XII. 4. Ezech. VII. 13. 26. אֵת, Num. X. 2. XXIII. 10. עַל, Exod. XII. 9. XIV. 7. XVI. 7. עִם, Exod. XIX. 24. XXII. 25. מִן־עַד, Gen. XIII. 3. XIV. 23. XIX. 11.

6) Terminus prior eſt Particula, quae quidem ſaepius termino poſteriori ſimplici vel etiam compoſito pronunciationis accelerandae cauſa in ditionibus claſſis inferioris linea Makkeph adhaeret, ſed etiam ſervo vel ſubdiſtinctivo notata eſt, v. g.

אֶל ubivis eſt cum Makkeph, exceptis paucis locis: Joſ. IV. 18. VII. 23. 1 Reg. XVIII. 5. Jer. XXV. 2. —

אֵת, plerumque cum Makkeph, ſed nonnunquam cum ſervo, Gen. XLIX. 25. Num. XI. 5. XXXV. 6. —

vel cum ſubdiſt. minori: Gen. I. 16. Exod. XIII. 7. Lev. I. 8. —

vel etiam cum majori: Gen. III. 24. Num. XVII. 3. Devt. I. 4. —

7) Ter-

7) Terminus alter eſt Particula, eaque plerumque cum Pronomine ſuffixo. Ita occurrit v. g.

אַחַר, Gen. IX. 9. XVII. 19. Devt. I. 8. IV. 40. X. 15.

אֵת, Lev. VIII. 2. 30. X. 9. 14. 15.

יַחַד, Jer. VI. 11. 12. 21. XXXI. 8. 13.

מִן, Gen. II. 17. III. 22. XXIII. 6.

עִם, Joſ. X. 15. 29. 31. 34. 36. 38. 43.

8) Terminus uterque eſt Particula. Nam Particulae nonnullae natura ſua ex duabus junctae apparent, et merito uno conceptu efferuntur, v. g. אַחַר et אַחֲרֵי, ſequ. כֵּן, עַל־כֵּן, אֵי־זֶה. Sunt aliae Particulae, quae ſe mutuo determinant, et ſervo aut linea Makkeph copulantur, ſicut in Verſionibus duobus terminis exprimuntur, ut אַחֲרֵי מָתַי, Jer. XIII. 27. לֹא־כֵן, Gen. XLVIII. 18. מִן־אָז, Jer. XLIV. 18. Ita גַּם, נָא, עַד cum variis Particulis componi ſolent.

§. 403.

9) Terminorum unus eſt Infinitivus aut Participium. Sic a) venit Infinitivus cum Particula praefixa Gerundio exponendus pro termino altero:

α) Exod. XXXV. 19. XXXIX. 41. Jeſ. V. 22. Jer. XV. 3.

β) Jeſ. V. 22. Jer. XV. 3. XXII. 17. Prov. VI. 10.

b) Infinitivus pro termino priori occurrit:

α) Gen. XI. 6. XXX. 15. Jeſ. XXII. 13. Prov. X. 23. XII. 6. XV. 2.

β) Devt. IV. 7. Jeſ. LVIII. 9. Jer. X. 23. XVIII. 20. Pſalm. CI. 3.

c) Participium eſt prior terminus conceptus compoſiti, tum quando conſtruitur a Verbo finito. Sic venit v. g.

poſt הָיָה, Gen. III. 5. IV. 17. XXIV. 42. Exod. XXV. 20.

poſt רָאָה, Exod. XXIII. 5. XXXIII. 10. 1 Sam. XXII. 9.

poſt שָׁמַע, Num. XI. 10. 1 Reg. XIV. 6. Ezech. XLIII. 6.

poſt מָצָא, 1 Reg. XIII. 14. 28. 2 Reg. XIX. 8. Jon. I. 3.

tum quando conſtruitur a Subſtantivo

α) in dit. Sakephi, Lev. XXV. 28. Jer. XXII. 25. —

β) Gen. IV. 20. 21. XIII. 5. Exod. XII. 49. —

§. 404.

10) Terminus alter eſt Propoſitio, quae quia ad conceptum ſpectat, ipſa pro concepto eſt, et cum illo efficit compoſitum conceptum, qui ad Verbum finitum referendus eſt, et una cum aliis conceptibus diverſis in propoſitione ſecundum Canones Capitis XI. di-

ſtin-

ſtinguitur. Talis propoſitio cum termino priori conſtruitur

a) copula ו, v. g. α) in dit. Sakephi, Dan. VIII. 25.

β) Jeſ. XLIV. 7. Jer. XVII. 6. XXXI. 24. Mal. III. 5. Dan. XII. 7.

b) Pronomine אֲשֶׁר, cujusmodi loca deinde in Capite de Propoſitionibus relativis recenſentur.

c) Particulis aliis plerumque ad Infinitivum, v. g.

ל, in deſcriptione temporis, Gen. XVI. 3. Exod. XVI. 1. XIX. 1.

ל, ut, Gen. L. 14. Num. IV. 3. Jer. XI. 13. XL. 4.

ב, quum, Exod. XXX. 7. Lev. XXIII. 39. Joſ. V. 5. 1 Reg. VI. 7.

כִּי, quia, Jeſ. X. 13. Ezech. XXV. 3. ter.

כִּי, quum, Jeſ. LIV. 6. Jer. II. 26. Pſ. XC. 4.

כִּי, quod, Jeſ. LV. 5. LX. 9. Hoſ. X. 5.

§. 405.

Corollarium. Saepenumero non in confinio terminorum, ſed extra ordinem intra terminum alterum ſectio conſtituta eſt, ut terminus prior non ad alterum integrum, ſed ad eum dimidium reſpiciat. Cujus rei ratio plerumque in pronunciationis decoro et euphonia ſita eſt, ut praeſertim ingrata terminorum inaequalitas evitetur. Sic

1) Particula ad alterum terminum dimidium refertur, v. g.

 אָז,

אוֹ, Lev. V. 2. 6. 21. XII. 8. XIII. 19. XV. 14. 29. XXV. 49.
אֶל, Jer. XXV. 30. XXXV. 17. Ezech. VI. 11.
אֶת, Gen. III. 24. XXI. 28. Exod. XI. 10. XVI. 3. Jer. XX. 5.
בְּ, Exod. IV. 9. 1 Reg. III. 18. Cohel. II. 7. VII. 22.
עַל, Gen. XVI. 7. XIX. 28. Exod. XXIV. 8. Lev. VII. 13. Jeſ. II. 13.

2) Quando terminus alter eſt propoſitio, prior ad eum dimidium refertur, cujus diſtinctionis ratio ex Canone VI. §. 211. intelligitur, v. g.

α) Num. VI. 7. Mich. VII. 15. Eſra IX. 13. Job. XXXII. 2. it. in dit. Sakephi, 1 Sam. VII. 2. Jeſ. XX. 1. VI. 1. poſt Sakephum, Jeſ. LVIII. 5. Zach. V. 4.

β) Jud. XVIII. 31. 1 Sam. XXV. 16. Dan. VIII. 1. 1 Par. XV. 25.

§. 406.

Canon II. *Si fuerint tres pluresve conceptus partes,* — DCBA, *ex quibus* A *poſterioribus conjunctis determinari ſupponitur, illa ab his ſectione maxima divellitur.* Vid. §. 73. Terminus autem alter comprehendit

1) conceptus copula ו conjunctos:

α) Gen. XLI. 20. Ezech. XXXIII. 32. XLV. 24. Pſalm. XLIV. 17.

β) Gen. II. 9. Joel. III. 4. Pſalm. XIX. 5. XXII. 14. XXIV. 8.

2) Con-

2) Conceptus nexu Appoſitionis cohaerentes:
 α) poſt Sakephum, Gen. XI. 28. 31. XXVI. 15. XLI. 46. Lev. XIII. 42.
 β) Gen. XVI. 8. XXVII. 17. XXVIII. 8.

3) Conceptus in ſtatu conſtructo cohaerentes:
 α) poſt Sakephum, Gen. XXX. 7. XXXIV. 3. XXXV. 22. 27. Exod. VI. 11.
 β) poſt Sakephum, Gen. XLI. 34. XLV. 22. 2 Sam. III. 14.

4) Subſtantivum cum Adjectivo:
 α) poſt Sakephum, Jeſ. XIX. 4. XXII. 11. XXX. 30. Jer. VII. 24.
 β) poſt Sakephum, Gen. X. 21. Jud. XIX. 24. Jer. II. 21. Cant. VI. 12.

5) Adjectivum aut Participium, quod alios conceptus regit:
 α) in dit. Rbhiae, Jer. II. 24. Ezech. XVI. 46. Dan. XII. 7.
 β) Gen. XIII. 5. Exod. XII. 49. 1 Sam. XV. 28. Jer. XXXIII. 10.

6) Conceptus Particula conſtructos:
 α) Ezech. XLVIII. 2—8. 24—28. it. poſt Sakephum, 2 Reg. III. 2. XIV. 3. XVII. 2.

§. 407.

Canon III. *Si fuerint tres pluresve conceptus partes* — DCBA, *quarum ultima prioribus conjunctis determinari ſupponitur, ſectio ante partem ultimam ſtatuitur.* Vid. §. 73. Terminus prior comprehendit

 1) con-

1) conceptus copula ו conjunctos:
 α) Gen. XXXII. 16. Exod. XXIX. 20. 2 Par. XXXV. 9.
 β) Exod. XXVIII. 1. poſt Sak. Jer. XL. 8. Eſra VIII. 18. Pſ. XIX. 5.

2) Conceptus nexu Appoſitionis cohaerentes:
 α) poſt Sakeph, Lev. XXI. 8. Num. XXVIII. 9. 19. XXIX. 2. 8. 13.
 β) Exod. XXXI. 2. XXXV. 30. 34. Lev. X. 16. Num. XV. 4.

3) Conceptus in ſtatu conſtructo:
 α) Zach. XII. 13. Pſalm. XXV. 11. Prov. XXI. 6. XXX. 19.
 β) Zach. XII. 12. 13. Pſalm. XVIII. 25. XXI. 5. XXV. 7. XCV. 8.

4) Subſtantivum cum Adjectivo:
 α) Exod. XXXVI. 26. Num. XXIX. 4. 5. 11. 16.
 β) Num. XXIX. 3. 9. Devt. IX. 1. Pſalm. XLVII. 3. Cohel. V. 12.

5) Conceptus particula aut alio modo conſtructos:
 α) poſt Sakeph, Gen. XVI. 14. 1 Reg. VII. 41. 2 Par. IV. 12.

§. 408.

Canon IV. *Si fuerint partes conceptus* — DCBA, *hoc quidem inter ſe reſpectu, ut* A *partibus reliquis ſeparatim determinetur: tum quo longius diſtat partium aliqua poſteriorum a parte* A, *eo majori ſectione diſtinguitur.* Vid. §. 74. 377. 381. Hac diſtinctione occurrunt

1) Ap-

1) Appoſitionis termini tres aut plures:

α) Gen. XI. 31. XXXIV. 2. Lev. XXIII. 5. Devt. IV. 46. Joſ. XV. 17. Jer. XXXVI. 11. Pſalm. LXXX. 5. 20. CXL. 8. 2 Par. XI. 3. XXI. 2. it. poſt Sakephum, Exod. XXX. 23. 1 Reg. II. 39. Jer. I. 3. Eſra VII. 11. Neh. III. 4. 1 Par. IX. 8.

β) Gen. XXVIII. 5. XXXVII. 36. Jeſ. XXXVII. 2. 1 Par. V. 24. it. poſt Sakephum, Gen. XXXVI. 2. Jer. XXI. 1. Hagg. I. 1. Eſra IV. 3.

2) Duo termini in ſtatu conſtructo ante Adjectivum, quod ad priorem pertinet:

α) Exod. XXVI. 11. 2 Sam. XXIII. 1. Ezech. XIII. 2. it. poſt Sakephum, Exod. XIX. 16. XXVI. 14. Lev. XVI. 12. Jer. XIX. 13.

β) Exod. XXVI. 15. XXXI. 18. XXXVI. 20. Lev. XIV. 15. 26. it. poſt Sakephum, Num. V. 18. Jeſ. XXIX. 13. LV. 3. Ezech. XXIII. 14.

Quodſi Adjectivum ad terminum conſtructum alterum pertinet, ſectio ordinaria per §. 406. eſt inter terminos conſtructos. Sed nonnunquam ex hoc Canone IV. apparet ante Adjectivum, ubi terminus alter eſt cum tono et emphaſi, et ad Adjectivum *nempe* ſ. *videlicet* ſuppleri poteſt. Conf.

α) Jer. XXIII. 26. Job. XX. 29. it. poſt Sakephum, Exod. XXIX. 20. Num. XIV. 37. Devt. XIV. 7. 1 Sam. IV. 14. Eſth. IX. 32.

β) Exod. XXXVI. 11. 17. 2 Sam. II. 25. Jeſ. XXII. 9. Ezech. XXX. 7. Dan. III. 20. it. poſt Sakephum, Jeſ. XXIX. 6. Mal. II. 11.

3) Subſtantivum ante duo Adjectiva, quae illud ſeparatim determinant, v. g.

α) poſt Sakephum, Gen. XLI. 27. Lev. XIII. 30. XIV. 4. Ez. XXII. 25. in dit. Sakephi, 1 Sam. VI. 7. 1 Reg. XIII. 11. Ezech. III. 6. XVII. 7.

β) Gen. XLI. 20. Num. XXIX. 2. Eſra VIII. 27. Neh. III. 27. it. poſt Sakephum Num. XXVIII. 11. Zach. VI. 3. 2 Paral. I. 10.

4) Conceptus diverſi, qui ad Infinitivum vel Participium, quocum unum conceptum reſpectu reliquorum conceptuum in propoſitione efficiunt, ſeparatim referuntur:

α) Gen, XXIX. 19. it. in dit. Sakephi, Jeſ. XXIX. 21. Jer. X. 12. et poſt Sakephum, Gen. II. 18. XXII. 13. Jeſ. XIX. 8. Jer. L. 16.

β) Jud. XVIII. 19. Jeſ. V. 20. XIV. 19. Jer. II. 2. XVII. 26. XVIII. 21. Mal. II. 12. Pſ. L. 5.

§. 409.

Corollarium. Nonnunquam quando ſectio conceptus compoſiti ex Canone II. §. 406. poſt partem A eſſe debebat, illa extra ordinem poſt B vel C ſtatuitur, non tamen ſine ratione, quandoquidem ex conſilio auctoris ſacri conceptus termini B, C, D, maxime cum ſunt homogenei, nonſolum conjuncti uno conceptu, ſed etiam ſeparatim, vel ſinguli, vel uno atque altero conjuncto, ad terminum A referri poterant, id quod ex accentibus cognoſcitur, et tono indicatur. Conf. §. 90. num. 3. §. 377.

Igitur

Igitur termini B, C, D, ſunt vel copula ו conjuncti vel in Appoſitione. Sed terminus A

1) cum termino B eſt in Appoſitione:

α) Gen. XXVIII. 13. poſt Segoltam, Joſ. XXIV. 2. poſt Sakephum, Jeſ. XLIV. 6. it. in dit. Sakephi, Lev. XVIII. 9. Ezech. XIV. 21. poſt Rbbiam, Neh. XII. 36.

2) Cum termino B eſt in ſtatu conſtructo:

α) Lev. XVIII. 7. XX. 19. Num. III. 3. 46. XXX. 10. Nehem. I. 1.

β) Gen. XXVII. 28. XLIX. 25. Devt. VIII. 7. 8. Eſra IV. 2.

3) Eſt Subſtantivum vel Adjectivum, ubi conceptus, qui ad eum ſeparatim referuntur, ſunt

duo vel plura Adjectiva copula ו juncta:

α) Lev. VII. 10. Devt. XXVIII. 54. Ezech. XVIII. 10. XXXI. 3.

β) Devt. XXVI. 5. XXVIII. 59. bis. Zach. I. 8. Pſalm. LI. 19.

aut duo vel plura Subſtantiva: ita A eſt בְּכֹל,

Eſth. II. 11. III. 14. IV. 3. VIII. 11. 13. 17. IX. 21. 27. 28. —

4) Cum termino B Particula conſtruitur:

α) Lev. VIII. 32. 2 Par. XXX. 11. Pſalm. XVIII. 1. XXXVI. 1.

β) Exod. XXV. 6. Num. XIX. 18. Eſra IX. 1. 2 Par. IX. 26.

5) Eſt Participium, quod conceptus homogeneos regit:

β) Gen. IV. 20. 21. Pſalm. VII. 10. XXV. 10.

6) Eſt Particula, v. g. עַל, Jeſ. II. 12. XXVII. 1. Neh. XIII. 29. כְּמוֹ, Ezech. XVI. 57. Pſalm. LXI. 7. לְבַד, 1 Reg. V. 3. X. 15.

§. 410.

Canon V. *Quodſi pars ultima prioribus determinatur ſeparatim, tum quo longius earum aliqua ab ultima diſtat, eo majori ſectione diſtinguitur.*

Hunc Canonem ſecundum Analogiam Theorem. V. §. 75. ſcripſi, qui facile et ſine damno omitti poterat, quia, quod ſciam, non occurrunt formae conceptuum compoſitorum, quae ad eum diſtingui aut reſolvi debeant, niſi duo Adjectiva diverſa ante Subſtantivum, quae hoc ſeparatim determinare intelliguntur, v. g. Gen. XXXI. 38. his | viginti annis.

Ita זֶה diſtinguitur, Num. XXIV. 10. Devt. II. 7. VIII. 2. —

§. 411.

Canon VI. *Si fuerint partes conceptus compoſiti* — DCBA, *hoc inter ſe reſpectu, ut* A *partibus reliquis ſeparatim vel ſua natura vel ex hypotheſi determinetur, accentibus ad analogiam Canonis* IV. §. 408. *poſitis, accedat autem a principio pars alia* M, *hujus reſpectus per Theorema* VI. §. 76. *eſt arbitrarius et ex accentibus cognoſcitur.* §. 378. Nam reſpicit M

1) ad ſolam A, et cum ea uno conceptu partibus reliquis ſeparatim determinari intelligitur:

α) Lev.

α) Lev. VII. 10. 1 Sam. XVIII. 19. Nah. I. 1. Jer. X. 13. in dit. Sakephi, it. poſt Sakephum, Gen. II. 9. XLI. 27. Jeſ. VII. 4. Jer. XXIX. 26.

β) Jeſ. VII. 4. Dan. II. 6. poſt Sakephum.

2) usque ad B, conſ.

α) Jer. XXVI. 1. XXVII. 1. 2 Par. IX. 29. XXV. 26. Nah. III. 4. it. poſt Sakephum, Gen. XXIV. 9. Lev. VIII. 23. XIV. 14. 25. Jud. VII. 14. XIII. 6. 1 Sam. IV. 8. Jer. II. 34. Zach. V. 4.

β) Num. V. 19. Jud. XVIII. 31. XX. 2. Ezech. X. 19. Pſalm. LXV. 6. it. poſt Sakephum, Exod. XXVI. 26. Jer. XXXV. 4. Eſra VI. 22. Nehem. III. 20. 2 Par. XXVII. 7.

3) usque ad C, conſ.

α) Pſalm. CXXII. 9. Eſra VI. 7. Num. XXXVI. 12. in dit. Tiphchae, Ezech. XL. 15. poſt Sakephum, Dan. III. 26. in dit. Segoltae.

β) Jeſ. XVIII. 7. poſt Sakephum, Pſ. LXXIX. 10. poſt Atnachum.

Corollarium. Quodſi ante partem M alia pars] N accedit, reſpectus illius idem eſt ac partis M, et ratio diſtinctionis ex Theor. VI. §. 76. coll. §. 378. intelligitur, v. g.

α) Gen. XLVIII. 5. in dit. Rbhiae, Lev. V. 24. in dit. Segoltae, XXII. 3. in dit. Sakephi poſt Rbhiam, Devt. XII. 5. in dit. Sakephi, Devt. XXXI. 26. poſt Sakephum alterum, Ezech. XVI. 57. poſt Segoltam.

β) Gen. XLI. 20. Jeſ. XIII. 4. in dit. Sakephi prioris, XIX. 16. in ditione Sakephi.

§. 412.

§. 412.

Canon VII. *Si fuerint tres pluresve conceptus compoſiti partes,* — CBA, *quarum haec ſit ratio, ut vicinae quaevis ſe mutuo determinent, diſtinctio eſt arbitraria,* per Theorema VII. §. 77. 90. Nam

I.) ſectio poſt A incidit, atque ita diſtinguuntur

1) termini conſtructi tres pluresve plerumque:

α) Gen. VI. 14. XXX. 14. 36. Num. IV. 28. 42. Pſ. XVII. 8. Job. XII. 24.

β) Gen. VII. 7. XIV. 13. XVII. 4. Num. IV. 25. Neh. III. 9. 18. Exod. XL. 6.

2) Subſtantivum inter duo Adjectiva:

α) Gen. VII. 2. in dit. Rbhiae, it. in dit. Sakephi, Zach. XII. 14. Dan. VII. 17. et in dit. Tiphchae, Jud. XVI. 7. 1 Sam. XXIV. 3.

β) poſt Sakephum, Jud. XX. 15. Ezech. XXXI. 6. in dit. Sakephi, Gen. VIII. 20. bis, Jud. XV. 13. 2 Reg. III. 19.

3) Adjectivum ante nomina conſtructa, videl. כָּל, Gen. II. 5. 20. III. 1. 14. 17. aut Adjectivum numerale,

α) Gen. XXVII. 9. Exod. XV. 27. XXVI. 6. 6. Joſ. IX. 1. XIII. 10.

β) Gen. XXIII. 16. XL. 16. XLI. 27. 34. XLV. 22. —

II.) Sectio poſt B ſtatuitur, atque ita diſtinguuntur

1) Termini tres conſtructi nonnunquam, ubi termini A et B, qui ſaepe linea Makkeph cohae-

cohaerent, una idea comprehendi poſſunt, v. g.

Gen. XIV. 12. Bruders Sohn | Abrahams, conf. XXIV. 48.

Gen. XXXII. 26. 33. das Hüftbein | Jacobs,

Exod. XVI. 33. einen vollen Gomer | Manna,

Lev. VII. 18. vom Opferfleiſch | ſeines Dankopfers,

Add. α) Exod. XXVIII. 11. in dit. Segoltae, Jeſ. X. 19. it. in dit. Paſchtae, Lev. XVIII. 11. 1 Reg. XV. 7. Neh. VIII. 18.

β) Jeſ. VII. 4. Pſalm. XXX. 1. Dan. IV. 26. it. in dit. Sakephi, Ezech. XLIV. 3. Nehem. VII. 5. 2 Par. I. 3. et poſt Sakephum, Jeſ. VIII. 8. Jer. XXXII. 2. Neh. XII. 36.

2) Duo termini conſtructi poſt Adjectivum, quod ad priorem ſpectat, videl.

כל, Gen. I. 30. II. 5. III. 14. V. 5. 8. 11. 14. — VII. 11. — aut Adject. numerale, α) Gen. XLI. 30. Job. I. 3. 2 Par. IX. 25. β) Jon. IV. 11. Job. XLII. 12. Dan. X. 2. 3. 1 Par. XI. 22.

vel ante Adjectivum, quod ad poſteriorem pertinet:

Huc ſpectant loca §. 408. num. 2. citata.

3) Subſtantivum inter duo Adjectiva, ubi prius eſt

vel כל, Gen. I. 26. 28. Joſ. V. 5. 2 Reg. III. 19. Lev. XVIII. 26. 29.

vel Adject. numerale, α) Gen. VIII. 10. 12. XLI. 3. 24. Exod. IV. 9. XIV. 7. Joſ. IV. 20. 1 Sam. VI. 7. XVII. 13. 17. 18.

β) Gen.

β) Gen. XXI. 29. XXIX. 27. Num. XVI. 35. Devt. VII. 1.

§. 413.

Corollarium. Ad hunc Canonem VII. referri poſſunt tres pluresve termini ſ. conceptus homogenei, quorum diſtinctio, quia ſe mutuo non determinant, non ex Theorematibus Capitis de Dichotomia, ſed ex aliis rationibus libere conſtituitur. Nam

I.) plerumque euphoniae cauſa ſecundum dicta in §. 94. diſtinctionis quantitas in tali conceptu compoſito a principio continuo creſcit, et accentus ad analogiam ſectionis continuae a ſiniſtra ad dextram poſiti reperiuntur. (§. 377.) Conf.

α) Gen. X. 18. 29. XXXVI. 16. 18. 21. 30. Exod. VII. 29. Devt. IX. 22.

β) Gen. X. 3. XXIII. 17. XXV. 7. Exod. XXV. 3. Lev. XI. 13. 29.

Manet hic in reliquis eadem diſtinctionum proportio, quamvis nonnunquam duo pluresve conceptus homogenei uno termino comprehendantur, qui ſunt arctiori nexu conjuncti, et inprimis ut ſpecies ad idem genus vel ad eandem claſſem pertinent:

Gen. XXII. 22. Exod. XXV. 4. XXX. 27. 28. Lev. XI. 16. Jer. XXV. 19. 20.

α) Gen. VIII. 22. Jer. IX. 25. XXXII. 44. XXV. 18.

β) Gen. XIII. 14. Exod. XXXI. 3. XXXV. 31. Eſra IV. 9.

II.) Sae-

II.) Saepius etiam diſtinctionum propor-tio ab extremo ad principium continuo creſcere, aut aliis modis determinata eſſe deprehenditur: quandoquidem termini, qui ſenſu et natura cognati ſunt, vel ad eandem ſpeciem referri poſſunt, vel oppoſiti ſunt inter ſe, arctius copulari et a ceteris disjungi ſolent. Talis eſt Nominum propriorum, quae uno conceptu comprehenduntur, diſtinctio vel conjunctio, quae non caſu fortuito et ſine ratione, ſed reſpectu habito ad eorum inter ſe nexum et ſimilitudinem et ex aliis cauſis facta eſt, quae quidem ſtudio adhibito nonnunquam inveniri poſſunt, plerumque tamen ignorantur. Conf. Gen. XXV. 15. XXXII. 16. Exod. XXXIX. 41.

α) Gen. XLVI. 7. 1 Par. III. 20. 24. IV. 36. it. poſt Sakephum, Exod. VIII. 1. 25. XL. 31. Hoſ. II. 24. et in dit. Rbhiae, Gen. I. 30. Ezech. IV. 9. Eſra VI. 9.

β) Gen. I. 16. VI. 16. XIII. 2. XXV. 13. XLIII. 11. XLVI. 11.

§. 414.

Deſignatis prima ſectione conceptus compoſiti terminis, ſi eorum unus alterve pluribus conſtat vocabulis ſeu conceptibus minoribus, negotium hoc ſemel aut aliquoties repetendnm eſt, donec ad terminos ſimplices perveniatur. Oſtendam hujus rei modum aliquot exemplis.

Gen. IX. 10. unus conceptus extat, qui ad propoſitionem v. 9. pertinet. Hic autem Atnacho in duos terminos majores, §. 402. num. 5.

et

et horum uterque Sakepho in duos terminos minores reſolvitur, Particulis conſtructos. Nunc terminorum illorum diſtinctio ita continuatur:

et cum omni animali vivente | quod vobiscum eſt, §. 404.

et cum omni animali | vivente, §. 412. num. 3.

et cum | omni animali, §. 406. num. 4.

ex avibus et jumentis | et omnibus animalibus terrae || vobiscum, §. 407. num. 1. §. 413. I.

et omnibus animalibus | terrae, §. 412. II. num. 2.

de omnibus | egreſſis ex arca,

quoad omnia | animalia terrae, §. 412. I. n. 3.

Exod. XXVI. 19. β) duo majores termini ad Sakephum, §. 401. n. 1.

quorum prior ad Paſchtam et alter ad Tiphcham in duos terminos minores diſtinguitur, §. 402. num. 5.

et horum prior ad Gereſchum et Tbhirum denuo in duos terminos, ibid.

denique, ſub aſſere | uno, §. 405. num. 1.

Joſ. XI. 4. populus magnus | inſtar arenae — multitudine, §. 402. n. 5.

inſtar arenae, quae — | multitudine, ibid.

inſtar arenae | quae ad littus maris, §. 404.

quae | ad littus maris, §. 402. num. 6.

Ezech. XLI. 17. conceptus prior in ditione Tiphchae in duos terminos Rbhia ſeparatur, qui Particula omiſſa ad סָבִיב cohaerent, et horum

horum prior in duos minores ad accentum Paſer, §. 402. num. 5.

— in parte ſuperiori | oſtii, §. 405. num. 1.

usque ad domum — et foris | et ad totam parietem, §. 401. n. 1.

usque ad domum interiorem | et foris, ibid.

usque ad domum | interiorem, §. 405. n. 1.

circumcirca | in interiori et exteriori, §. 402. n. 5.

§. 415.

Hactenus conceptuum compoſitorum varia genera extra nexum cum Verbo finito in propoſitione conſideravimus, quorum diſtinctio, quibus legibus fiat, nunc ſatis intelligi poteſt. Jam ſupereſt, ut conceptus compoſitos etiam in nexu cum Verbo finito in propoſitione ſpectemus. Et hic quidem ex Capite XI. per omnes Canones cognoſcitur, quo pacto conceptus compoſiti ſimplicibus mixti in propoſitione diſtinguantur, ita ut ſectiones in confinio conceptuum diverſorum incidant, ſicut etiam ipſi conceptus compoſiti eorumque limites illa diſtinctionum proportione deſignantur. Atque ſic ratione ordinaria termini conceptuum compoſitorum conjuncti et uno conceptu una cum aliis conceptibus diverſis ad Verbum finitum referuntur. Verum etiam ſaepenumero termini conceptus compoſiti, maxime cum ſunt homogenei, ſeparatim ut conceptus di-

 verſi

verſi ad Verbum finitum in propoſitione relat ſecundum Canones Capitis XI. diſtinguuntur, id quod *conceptuum compoſitorum diſtractio* poteſt appellari. Ita enim non ſolum conſultum eſt membrorum aequalitati: (§. 95.) ſed etiam quando auctor divinus terminos conceptus compoſiti diſtincte et accurate conſiderari, aut emphaſin ſingularem cum termino priori conjunctam ſignificare voluit, ita ut ad eum etiam tonus cum aliqua mora intenderetur, hoc tali diſtinctione effectum eſt. Termini autem conceptus compoſiti diſtracti cognoſcuntur et definiuntur, ſi a Verbo finito ad accentus continuo majores progrediaris, §. 377.

§. 416.

Nunc duae formae accurate ſunt diſtinguendae, cum termini conceptus compoſiti vel ante Verbum finitum vel poſt illud collocati reperiantur. Et *primo* quidem ante Verbum poſiti, tantum non ſemper et ratione ordinaria conjuncti et uno conceptu ad illud referuntur, ut conceptus homogenei,

α) Gen. IV. 5. XXIV. 4. Exod. XXX. 30. Lev. VIII. 17. XII. 4.

β) Gen. III. 18. VIII. 22. XIV. 16. XV. 12. XX. 5. Exod. IV. 10.

termini Appoſitionis,

α) Gen. XIV. 18. XLIV. 2. Exod. XII. 18. XXII. 8. Num. IX. 3. 11.

β) Gen. XIII. 8. Lev. XXV. 22. —

termini ſtatus conſtructi,

α) Pſalm.

α) Pſalm. X. 2. 17. XVIII. 6. 45. XXI. 3. XXII. 24.

β) Gen. IX. 23. XXII. 14. Pſalm. IX. 19. XVIII. 5. 43. 45.

Deinde conceptus homogenei nonnunquam extra ordinem ſeparatim ad Verbum finitum poſterius, vel ſinguli, vel in duos pluresve terminos diſpoſiti, ut major accentus intra eos quam ante Verbum veniat, quibusdam referri videntur. At enim vero ejusmodi diſtractionem conceptus compoſiti ante Verbum finitum non tam facile uſu venire arbitror, nec eſſe neceſſariam niſi paucis in locis, ad deſignandam emphaſin vel diſtinctam et moderatam pronunciationem, videlicet 2 Sam. XVII. 28. 29. et 1 Reg. IX. 20. 21. it. 2 Par. XXXV. 26. 27. ubi terminus primus extat in Paſuco priori, 2 Reg. X. 19. Ezech. XXI. 32. XXVII. 27. Joel. I. 12. Mich. VII. 4. Amos I. 3. 6. 9. 11. 13. II. 1. 4. 6. Pſalm. CXLV. 5. Prov. III. 2. XXV. 3. Job. XXXVII. 13.

Sed pleraque loca alia ad analogiam reducentur, ſi acc. Paſer et Tliſcha magnum referas ad ditionem Gereſchi vel Geraſchaim, (§. 244. ſqq.) Devt. XIII. 6. Joſ. II. 18. XI. 12. XVIII. 7. 2 Sam. XI. 11. Jer. XXXIII. 26. Ezech. IX. 6. XXXI. 12. Eſth. IV. 11. vel ſi ſtatuas acc. Paſer nonnunquam in minoribus diſtinctionibus, h. e. in ipſius ditione repeti, quod in §. 190. et alibi exemplis docetur. Talia ſunt etiam loca, Joſ. VIII. 33. 1 Reg. XXII. 10. 2 Par. XVIII. 9.

In locis hujus generis aliis apparebunt duae propoſitiones, ſi ad terminum primum Verbum finitum commode ſuppleri vel repeti poteſt, ut Gen. XXXIV. 28. Jeſ. XV. 7. XIX. 7. Ezech. X. 12. XXX. 3. XXXVIII. 6. XLIV. 22. Dan. IV. 2. Job. IV. 10. vel termini, qui pro homogeneis habentur, revera diverſi eſſe reperientur: Gen. VI. 9. Exod. XXVI. 1. XXXVI. 8. XXVII. 19. XXIX. 18. Jer. XLI. 3. Ezech. XVI. 55. 2 Par. XXIV. 7.

§. 417.

Secundo cum conceptus compoſitus poſt Verbum finitum in propoſitione collocatus eſt, illius termini ratione ordinaria conjuncti uno conceptu ad Verbum referuntur, ut conceptus homogenei:

α) Gen. V. 5. XXIII. 1. XXV. 17. XLI. 19. Exod. III. 22.

β) Gen. IX. 13. 17. XIX. 30. XXIX. 17.

termini Appoſitionis:

α) 1 Reg. II. 39. Jer. I. 3. LI. 59. LII. 12. Hagg. II. 2.

β) Gen. XXVIII. 9. Jer. XXXVI. 11. Hagg. I. 1. Eſra IV. 3.

termini ſtatus conſtructi:

α) Gen. I. 6. III. 7. 17. 21. IV. 3. 16. X. 5. XII. 15.

β) Gen. II. 15. III. 7. 18. Pſalm. VIII. 9. IX. 13. 14.

Subſtantivum cum Adjectivo:

α) Gen.

α) Gen. I. 21. II. 3. XII. 17. Exod. III. 3. 1 Sam. XII. 16.

β) Gen. II. 24. XIV. 18. 1 Sam. XVII. 26. Cohel. IX. 15.

§. 418.

Sed etiam ſaepius obſervatur conceptus compoſitus diſtrahi, ubi ejus termini vel ſinguli, vel ut unus alterve uno termino comprehendantur, ceu conceptus diverſi ad Verbum finitum una cum aliis conceptibus diverſis ſeparatim referuntur, videlicet

1) Conceptus homogenei, iique vel ſinguli:

α) Gen. IV. 4. VIII. 2. XI. 31. XII. 5. XIII. 7. XIV. 11. XVII. 13.

β) Gen. III. 8. V. 4. 29. VI. 21. VII. 23. XII. 20. XIII. 5.

vel ut unus alterve alteri adjungatur:

α) Gen. II. 20. III. 15. VII. 21. X. 10. XIII. 1. 8. XIV. 8.

β) Gen. XI. 26. XII. 16. XX. 17. XXII. 24. XXIV. 35. XXV. 3.

2) Termini Appoſitionis, iique tum ſinguli:

α) Gen. XVII. 8. XXII. 2. XXV. 9. 20. 27. Exod. XXX. 34. Num. IV. 14. Joſ. XXIV. 9. 1 Reg. VIII. 6. Amos V. 16.

β) Gen. IV. 1. X. 30. XIV. 22. Exod. III. 1. V. 1. VII. 11. IX. 1. 13. Lev. IV. 23. 28. 1 Sam. XXIII. 19. Eſth. II. 5.

tum ut bini conjungantur, vel duo priores:

α) Gen. XXIV. 15. Exod. VI. 23. XV. 20. Num. XI. 28.

β) Jer. III. 7. 8. XIX. 3. Zach. I. 1. 7. 2 Par. XXII. 1.

vel duo poſteriores:

α) Gen. VIII. 13. Num. III. 38. Devt. I. 3. Jeſ. X. 16.

β) Exod. VII. 4. 1 Sam. XIV. 50. Jeſ. XXII. 20.

3) Termini duo ſtatus conſtructi:

α) Lev. VI. 7. VII. 1. 11. Num. IV. 45. Jud. IV. 5. Jeſ. XL. 13. 16.

β) Num. X. 5. Joſ. VI. 6. Jud. XVIII. 10. XIX. 19. Jeſ. XL. 16.

Ita ſi terminorum conſtructorum alter ex duobus vel pluribus conceptibus homogeneis junctus eſt, qui per §. 409. num. 2. ad terminum priorem ſeparatim ſpectant, tum Verbum ad eundem ſolum refertur:

α) Gen. II. 4. Exod. XII. 41. Lev. XI. 46. XIII. 59. Num. XXVI. 63. Devt. IX. 11. X. 18. Jer. XXI. 13. Job. XXXII. 2.

β) Gen. XXXVI. 18. Ezech. XXI. 36. Joël. IV. 1. 2 Par. XXX. 12.

Trium autem terminorum junguntur vel duo priores:

α) poſt Sakephum, Exod. XVI. 33. Num. IV. 6.

vel duo poſteriores:

α) Gen. V. 1. XL. 7. Exod. XXV. 10. 13. Lev. VII. 11.

β) poſt Sakephum, Num. VI. 5. Ezech. VIII. 3.

4) Subſtantivum cum uno Adjectivo vel duobus uno conceptu junctis:

α) Gen.

α) Gen. III. 8. XLI. 2. 4. 18. 20. XLII. 3. XLV. 23. Lev. II. 4.

β) Gen. XXX. 36. Exod. XXVI. 4. XXXVI. 11. 17. Lev. X. 16. XIV. 15.

Si vero duo Adjectiva ad Subſtantivum per §. 409. num. 3. ſeparatim referuntur, tum Verbum usque ad Adjectivum prius ſpectat:

α) Gen. XVIII. 18. XLI. 35. Exod. II. 23. Lev. XIII. 30. 39. XIV. 4. Devt. I. 13. IX. 6. | 1 Sam. IV. 6. Pſalm. LXXI. 20. CIV. 25.

β) Gen. XXXIX. 9. Jeſ. LXVI. 5. Zach. I. 8. Cohel. IV. 13.

Ita Verbum refertur ad terminum dimidium Subſtantivi:

α) Lev. IX. 2. Devt. XXII. 1. et 4. in dit. Sakephi, Neh. VIII. 8.

β) Gen. XXXVIII. 25. Exod. XXIX. 1. Jer. XIII. 9.

5) Inprimis notentur termini Particula interpoſita conſtructi, qui quia ſe mutuo determinant, debebant uno conceptu comprehendi. Sed ſaepius ad Verbum finitum ſeparatim referuntur, ubi plerumque ratio diſtractionis intelligitur, ſi ad terminum alterum Relativum אֲשֶׁר ſuppleatur:

Exod. XVI. 7. quia audivit fremitus veſtros | contra Jehovam. Vid. loca ſimilia:

α) 1 Sam. III. 20. Eſra I. 5. Nehem. VIII. 13.

β) Gen. IX. 16. Num. XXXII. 14. Jud. II. 18. 1 Reg. XV. 23. 31.

Devt. VI. 18. ut facias rectum et bonum | in oculis Jehovae.

Conf. 2 Sam. X. 12. Jer. XXVI. 14. 2 Par. XXVIII. 1. —

Jer. XI. 20. videbo ultionem tuam | de illis. Ita Jer. XX. 12. Pſalm. IX. 14.

Jer. XXV. 1. hic (erat) annus primus | Nebucadnezar —
ita Jer. XXXVI. 1. 9. LII. 4. Zach. VII. 1. ſed alibi membra ſimilia uno conceptu ad Verbum referuntur.

Num. I. 53. — caſtrametabuntur circa | tabernaculum.
Ita סָבִיב ante ל, Num. XVI. 24. Pſalm. XXXIV. 8. Job. XIX. 12. quod alibi cum termino altero copulatur.

CAPUT XIII.

DE CONCEPTUUM DIVERSORUM CONJUNCTIONE.

Nonnunquam videntur quidem conceptus diverſi conjungi: ſed 1) accentuum ratio recte cognita aliud evincit, 2) conceptus diverſi Verbo aut alio vocabulo omiſſo cohaerent, 3) conceptus, quos intercedit particula, mox ſeparatim, mox uno conceptu ad Verbum referuntur. §. 419.

Huc autem pertinent alia conceptuum diverſorum genera, ſaepius uno conceptu conjunctorum.

Tales ſunt I.) conceptus relati, quod genus
1) אִישׁ et conceptus relatus, 420.
2) אֲשֶׁר cum conceptu relato, 421. 422.
3) vo-

3) vocabula eadem in diverſo caſu repetita, §. 423.

II) Conceptus alii, qui cum altero diverſo nonnunquam accentibus juncti apparent, videl.

1) Vocativus, de cujus diſtinctione vid. 424-426.

2) Gerundium לֵאמֹר dicendo, quod vel ſecundum analogiam diſtinguitur, 427.

vel conceptus prior diverſus uno conceptu adjungitur: 428.

notatur conceptus hujus compoſiti ſectio, 429.

3) סֶלָה, in Pſalmis et Chabakuci precibus, 430.

4) Exempla ſingularia talium conceptuum, vel poſt Verbum finitum, 431.

vel ante Verbum finitum, 432.

§. 419.

Conceptus diverſi, qui ſeparatim ad Verbum finitum determinandum natura ſua reſpiciunt, haud raro, plerumque ex Idiotiſmo linguae Hebraicae, conjuncti uno conceptu ad illud referuntur. (§. 358.) In hoc autem genere caute admodum verſandum eſt, ut locorum aliam reſolutionem commodam tentemus, priusquam conceptuum diverſorum conjunctionem factam eſſe ſtatuamus. Nam

1) quando conceptus diverſi conjungi videntur, accentuum ratio recte cognita aliud evincit. Ita Jo. *Frankius* in Diacritica S. §. 220. lit. ζ. loca ejusmodi complura notavit, ubi quidem diſtinctio ordinaria ex Canone II. §. 351. apparet, ſi Paſer et Tliſcha magnum ad di-

 tio-

tionem Gereſchi aut vicariorum illius refe-
ratur. (§. 244.) videl. Paſer, Gen. L. 11.
Exod. XXXIX. 21. Lev. I. 11. III. 2. IV. 3.
V. 6. XXIII. 20. Joſ. III. 17. 1 Reg. IX. 25.
XI. 29. Eſth. IX. 31.

Tliſcha magnum, Exod. XVII. 1. XXVIII.
30. Lev. IV. 15. IX. 9. 12. X. 1. XXIV. 11.
Devt. XXXI. 21. Joſ. IV. 7. XI. 11. XII. 6.
1 Reg. V. 15. 2 Reg. XI. 2. XVII. 1. Jer. XLI.
6. XLIX. 2.

etiam in vocabulo penultimo, §. 249. Schol.
V. Num. XX. 1. XXXII. 29. 1 Reg. XI. 36.
2 Reg. XVI. 7. Neh. VIII. 2.

Ita lectio altera melior eligenda eſt, Tiph-
chae pro Munacho vel Merca, Exod. XVI.
3. 1 Sam. X. 22. Jeſ. XXIX. 4. Jer. XXXIII.
24. Dan. II. 8.

2) Conceptus diverſi cohaerent Verbo omiſſo,
plerumque Subſtantivo, et efficiunt diſtin-
ctam propoſitionem,

Gen. XVI. 3. *ut fieret* ejus uxor.

Jeſ. VIII. 19. pro vivis mortuos *conſulat*.

Mich. IV. 12. ſicut merges *colligitur* in
horreum.

Gen. XV. 13. in terra, *quae* non eorum *eſt*.

Gen. XLI. 31. prae fame hac, *quae erit* poſthac.

Vid. loca plura in Cap. XIV. §. 445.

vel alio vocabulo, quod ſupplendum eſt, v. g.

Jeſ. XLV. 9. teſtae *litiganti* cum teſtis ex
terra.

1 Reg. VIII. 31. jusjurandum *praeſtitum* ver-
ſus altare tuum;

2 Reg.

2 Reg. XIX. 30. radice *acta* deorſum.

3) Conceptus diverſi particula intercedente, conſtructi, quod ſe mutuo determinant, omnino uno conceptu ad Verbum finitum recte referuntur, quamvis etiam ſeparatim, ſed alio ſenſu, ad Verbum ſpectare poſſint. §. 402. num. 5.

§. 420.

Nunc autem conſideranda ſunt ea loca, ubi revera accentibus facta eſt conceptuum diverſorum conjunctio, ita quidem, ut conceptus diverſi maneant, nec propterea aliquid in verſionibus ſupplendum ſit. Tales ſunt primo *conceptus relati*, cum unus ad alterum ſingulari modo reſpicit, ut lecto vel audito priori ſtatim de altero cogitemus, unde ſaepenumero certis conditionibus et ex voluntate auctoris ſacri accentibus copulati reperiuntur. Ita I.) vocabula אִישׁ et אִשָּׁה, *quisque, quaeque,* referuntur nonnunquam ad proximum אָח, אָחוֹת, רֵעַ, רְעוּת vel עָמִית, vel ad aliud Nomen cum Pronomine ſuffixo tertiae perſonae in diverſo caſu, ſaepius interpoſita Particula vel Nomine conſtructo, ubi conceptus hi relati 1) ante Verbum finitum ſemper conjuncti uno conceptu ad illud referuntur, v. g.

Gen. XLI. 11. 12. Exod. XII. 4. XVI. 16. 18. Lev. XVIII. 6. 18. XIX. 3. XXV. 10. Num. XVII. 17. XXVI. 54. XXXVI. 7. 9. Devt. XXIV. 16.

2) Poſt

2) Poſt Verbum finitum poſiti plerumque conjuncti uno conceptu ad illud referuntur, in quo etiam tonus propoſitionis intenditur:

Gen. X. 5. XI. 3. 7. XIII. 11. XXVI. 31. XL. 5. XLII. 21. 25. 28. XLIII. 33. XLIV. 11. XLVII. 20. Exod. VII. 12. X. 23. XI. 2. XII. 3. 22. XVI. 15. 16. 21. 29. XXV. 20. XXVI. 3. 5. 6. 17. —

Sed paucis in locis ad Verbum ſeparatim referuntur, ubi diſtincte cum tono ad conceptum priorem pronunciantur: Exod. III. 22. XXI. 14. XXII. 13. XXXIII. 11. 1 Reg. VIII. 31. Jeſ. III. 6. Jer. XXXII. 19. Obad. v. 9. Ruth. III. 14.

3) Conceptus tales conjuncti ſunt alter terminus conceptus compoſiti:

Exod. XXVIII. 21. XXXVI. 4. Lev. XXV. 46. Num. I. 52. II. 2. 17. 34. Zach. VII. 10. Job. I. 4. Eſth. IX. 19. 22. Nehem. V. 7.

§. 421.

II.) Eſt ſingularis Hebraiſmus et in textu Hebraico frequentiſſimus, quando poſt Pronomen אֲשֶׁר conceptus aliquis relatus ponitur cum Pronomine ſuffixo tertiae perſonae, quod Caſum obliquum τȣ̃ אֲשֶׁר deſignat, ſicut etiam illud eodem modo ad Adverbia שָׁם et מִשָּׁם refertur, et cum his in ſignificatione relativa, *ubi*, *quò*, *unde*, accipitur. Atque hic ſunt quidem plerumque ſectionum leges communes

ob-

obſervatae, ſaepe tamen conceptus diverſi uno conceptu juncti apparent. Nam

1) ſi conceptus relatus Pronomini אֲשֶׁר eſt vicinus et contiguus, ille a) eſt Verbum finitum cum ſuffixo tertiae perſonae, cui אשר per Can. I. et IV. §. 380. 386. accentu ſervo adjungitur: Gen. XXVII. 27. Devt. XIII. 3. 1 Reg. XIII. 23. Jer. VIII. 2. XIX. 4. XXVII. 20. vel linea Makkeph, Jer. XXIX. 22. Pſalm. I. 4.

b) eſt conceptus alius cum ſuffixo tertiae perſonae, qui adjungitur vel accentu ſervo:
Lev. XIV. 40. Jeſ. V. 28. XXIII. 8. LXVI. 13. Ezech. XL. 6. XLII. 15. XLIII. 4. Mich. VI. 12. Dan. II. 11. IV. 31. 34.
vel linea Makkeph: Gen. I. 29. VI. 17. VII. 15. Exod. IX. 26. XX. 18. Lev. XIV. 35. XI. 9. 21. 23. Devt. XIX. 17.

§. 422.

2) Conceptum relatum et אשר conceptus alius intercedit, qui a) magis cum אשר cohaeret, ubi ratio diſtinctionis ex Can. IV. §. 386. et Schol. III. intelligitur:
Gen. III. 23. VII. 22. XVII. 14. XLI. 38. Exod. XXI. 13. XXIII. 27. XXV. 29. Lev. V. 3. Num. XI. 22. Devt. I. 22. Jeſ. II. 22. Jer. XI. 11.

b) cum conceptu relato cohaeret, et ex §. 387. diſtinguitur:
Lev. VI. 20. XXVII. 11. Num. V. 7. XIX. 2. Devt. XXI. 4. Jud. XVI. 11. 1 Sam. VI. 7. 1 Reg. XIII. 10. Jer. VIII. 2. XVII. 9.

3) Quan-

3) Quando inter אשר et conceptum relatum conceptus duo diverſi apparent,

a) horum poſterior Verbum eſt, quod vel conceptui relato arctius adhaeret, et ſectio ante illud incidit, ubi אשר et conceptus medius prior ut duo conceptus diverſi uno conceptu junguntur: (§. 395.)

Gen. XXIV. 3. 37. 42. XL. 3. Exod. III. 5. VIII. 18. Num. V. 3. —

vel ſectio venit aliquoties poſt Verbum finitum, ubi אשר ex §. 390. diſtinguitur: Lev. XVII. 7. 2 Reg. XVII. 29. Jer. XI. 12. XXV. 16. 27. vel ex §. 395. conceptui medio priori adjungitur: Jer. XXII. 25. XXXIX. 17. XLII. 11. Ezech. XX. 29.

b) Conceptuum mediorum prior Verbum eſt, ubi diſtinctio ordinaria occurrit

ex §. 386. Lev. XI. 32. 33. 35. Devt. XII. 11. 18. XXX. 1. 3. Nah. II. 12.

ex §. 387. Exod. XXX. 6. 36. Num. IV. 9. 14. XVII. 19. XIX. 15.

4) Denique אשר et conceptum relatum tres intercedunt conceptus diverſi, et

a) primus Verbum eſt, ubi diſtinctio eſt ordinaria:

Devt. IV. 27. Exod. XXXVI. 1. 2. 2 Sam. VI. 2.

b) plerumque ſecundus Verbum eſt, ubi אשר et conceptus primus uno conceptu conjuncti ex §. 387. diſtinguuntur:

Lev. XVIII. 3. XX. 22. Num. XV. 18. Devt. IV. 26. XXXI. 13. XXXII. 47. Jer.

Jer. XXV. 15. XLII. 6. vel ex §. 388. Devt. XIX. 1.

§. 423.

III.) Ad conceptuum relatorum claſſem pertinent vocabula eadem in diverſo caſu, pleʳumque Particula interpoſita, repetita; quae

1) ſi ante Verbum finitum extant, quamvis conceptus diverſi ſint, ubique, excepto Gen. XXV. 23. uno conceptu ad illud referuntur: Exod. XXX. 34. Devt. XVIII. 8. Jeſ. V. 8. XXXIV. 10. LII. 8. Jer. IV. 20. IX. 2. XLVI. 12. Ezech. IV. 10. VII. 26. —

2) Si vero poſt Verbum finitum veniunt,

a) mox conjuncta uno conceptu ad Verbum referuntur, in quo etiam tonus propoſitionis intenditur:

Gen. I. 6. Exod. XIII. 10. XIV. 20. XXXVI. 10. 12. 13. 33. Num. XXX. 15. Devt. IV. 32. XV. 20. Jud. XX. 30. 1 Sam. I. 7. XVIII. 10.

b) mox ſeparatim ad Verbum referuntur, ubi vocabulum prius diſtincte et cum tono pronunciatur:

Jud. XV. 4. 1 Reg. XX. 29. Jeſ. V. 8. XVI. 7. XIX. 2. XXIX. 1. XXX. 1. Jer. XV. 12. Ezech. XXI. 22. XL. 23. 27. —

Eodem modo tales conceptus ad Nomen conſtructum ſeparatim referuntur: Exod. V. 13. Lev. XXV. 53. Num. XXVIII. 10. 14. 1 Sam. VII. 16. 1 Reg. VII. 5. Zach. XIV. 16. Dan. I. 5.

§. 424.

§. 424.

Praeter conceptus relatos, quorum genera tria praecipua jam enarravi, conceptus etiam alii diverſi ex Idiotiſmo linguae et pronunciationis Hebraicae, item emphaſeos deſignandae cauſa, accentibus juncti apparent. Cumque hic primo de Vocativo, cui nonnunquam conceptus diverſus adjunctus eſt, dicendum eſſe videatur, hac occaſione, quae de diſtinctione Vocativi in univerſum obſervanda ſunt, breviter ſtrictimque exhibebo. Vocativus enim, qui perſonam, ad quam oratio aliqua directa eſt, deſignat, quando ab initio orationis, ut fieri plerumque ſolet, collocatus eſt, diſtinctione maxima ab ea disjungi debere videbatur. Sed quoniam, ſi oratio longior eſt, et ex pluribus propoſitionibus aut periodis conſtat, nimiâ membrorum inaequalitas inde reſultat, quae pronunciationis decoro et analogiae diſtinctionis adverſa eſt, Vocativus ad unam tantum, vel raro ad duas treſve propoſitiones breviores refertur. Hic autem ſeorſim notanda ſunt loca, in quibus Vocativus propoſitionem abſolvere cenſendus eſt, tum poſt Interjectionem, quae Verbum in ſe comprehendit:

Gen. XLIII. 20. XLIV. 18. Exod. IV. 10. 13. Joſ. VII. 7. Jud. VI. 22. XI. 35. 2 Reg. VI. 5. 15. XX. 3. Jer. I. 6. IV. 10. Jon. I. 14. IV. 2.

tum quando ad propoſitiones longiores refertur:

Gen.

Geneſ. XIX. 2. XXXII. 10. 1 Sam. XX. 30. 1 Reg. XVIII. 36. Jeſ. XVIII. 3. Ezech. XXI. 14. 30. XXII. 24. XXX. 2.

§. 425.

Vocativus ante Verbum finitum refertur

1) ad unam propoſitionem, et ſicut conceptus alius ſecundum Canones Capitis XI. diſtinguitur:

Gen. IV. 23. XV. 2. XVI. 8. XVIII. 3. XXIII. 15. XXIV. 12. 60. Exod. V. 22. XV. 17. Devt. III. 24. IX. 26. Jud. XI. 36.

2) ad duas propoſitiones breviores, atque inde exiſtit propoſitio compoſita vel coaleſcens. Conf. §. 485. 506.

3) ad propoſ. tres: Gen. XIX. 2. 1 Sam. XXV. 26. Ezech. XXX. 2.

Hic vero nonnunquam conceptuum diverſorum conjunctio exiſtit, quando conceptus ante Vocativum, qui ex Can. IV. §. 390. ſqq. majori ſectione diſtingui debebat, una cum illo uno conceptu ad Verbum finitum refertur, videl.

a) conceptus cum Pronomine ſuffixo ſecundae perſonae: Exod. XV. 6. Jeſ. XXVI. 8. Ez. XII. 25. XIII. 4. XXVII. 8. Dan. III. 17. VI. 23. IX. 7. Pſalm. XXV. 1. 4. XXVII. 8.

b) Particula, quae loca ad §. 395. pertinent, v. g. Gen. XIX. 6. XXVII. 8. 43. Exod. V. 4. Devt. IV. 1. Jud. XXI. 3. 1 Reg. III. 7. VIII. 25. 2 Reg. XIX. 17. Ezech. XVI. 35.

c) Conceptus alii diverſi: 2 Sam. XIV. 9. XV. 34. Jeſ. XXI. 8.

§. 426.

Vocativus poſt Verbum finitum ſpectat
1) ad unam propoſitionem, et ex §. 380. 381. diſtinguitur:
Gen. XV. 1. XXII. 7. 8. XXVII. 1. 13. 18. 20. 34. XXXI. 11. XLIX. 18. Exod. XV. 11. 16. 17. Num. XXIV. 5. 1 Sam. III. 6. 2 Sam. XIX. 26.
2) ad propoſitiones duas, ut fiat propoſitio compoſita vel coaleſcens:
Gen. XXVII. 21. 26. XLIX. 2. Devt. XXI. 8. XXVII. 9. 1 Sam. IV. 9. 2 Sam. XIII. 11. 1 Reg. VIII. 53. Jeſ. XII. 6. XXII. 18. XXIII. 16. XXVI. 19. XLV. 22. XLVII. 1. Jer. IV. 4. L. 11. 24.
3) ad propoſ. tres: Jeſ. XLV. 20. LI. 9. LII. 2. Jer. XLIX. 8. 30.

Nonnunquam hic ante Vocativum extat conceptus diverſus cum ſuffixo ſecundae perſonae, qui cum Vocativo fere uno conceptu more Appoſitionis cohaeret:
α) Joſ. XXII. 25. Hoſ. VIII. 5. Dan. VI. 14.
β) Jeſ. VIII. 8. Jer. VI. 23. L. 42. Pſ. IV. 7. XVIII. 16.

Hic etiam ſecundum §. 418. termini Vocativi nonnunquam ſeparatim ad Verbum finitum ſuperius referuntur:
Jeſ. XLVI. 12. LVII. 3. Jer. II. 4. XXI. 13. XXXI. 23. Joël IV. 4. Mich. III. 9. Dan. III. 4. Pſalm. LXV. 6.

§. 427.

§. 427.

Gerundium לֵאמֹר, *dicendo*, ſpectat ut alius conceptus ad Verbum finitum ſuperius et ad analogiam Canonis II. §. 381. diſtinguitur:

Gen. I. 22. III. 17. V. 29. XV. 4. XVII. 3. XVIII. 13. 15. XXII. 20. XXIII. 3. 5. 8. 13. 14. L. 5. Exod. V. 8. 10. 15. VII. 9. 16.

Notentur tamen loca, in quibus לאמר ad inferiora ſpectat, et verbis recitatis arctius adnectitur:

Exod. XIII. 14. Num. XXII. 5. Devt. XXX. 12. 13. 2 Sam. III. 12. 1 Reg. XIII. 4. Jer. VI. 14. VIII. 6. 11. Ezech. XIII. 10. 1 Par. XVI. 18. Pſ. LXXI. 11. CV. 11. CXIX. 82.

§. 428.

Sed ſaepius Gerundio לאמר conceptus antecedens diverſus uno conceptu adjungitur, ut maxima poſt Verbum diſtinctio veniat poſt conceptum antepenultimum, n quo tonus propoſitionis ob reſpectum ad ſuperiora intenditur. Hic autem conceptus penultimus 1) uno vocabulo conſtat, et cum לאמר accentu ſervo copulatur, conceptus autem antepenultimus notatur ſubdiſtinctivo minori:

Gen. VIII. 15. XV. 18. XVIII. 12. XIX. 15. XXI. 22. XXIV. 30. Exod. V. 13. 19. VI. 10. 29. IX. 5. XIII. 1. XIV. 1. XV. 24.

vel etiam majori propter emphaſin:

Gen. II. 16. XV. 1. XLI. 9. L. 16. Exod. I. 22. X. 8. 16. Lev. X. 16. Num. XII. 13. XVII. 27. Devt. I. 37.

2) duobus pluribusve vocabulis conſtat, ubi ad conceptum antepenultimum ſubdiſtinctivus major, et ad penultimum minor ſcriptus eſt:

Gen. IX. 8. XXIII. 10. XXVI. 20. XXVII. 6. XLII. 29. XLIII. 7. XLIV. 32. XLV. 16. L. 4. 16. 25. Exod. III. 16. VI. 12. —

Pro conceptu penult. eſt propoſ. parenthetica:

Gen. XL. 7. Num. XIV. 15. Devt. IX. 4. Jud. XXI. 5. 1 Sam. XIX. 15. 1 Reg. XII. 6. 10. XIII. 21. —

§. 429.

Quando nunc conceptus ille compoſitus denuo diſtinguendus eſt, ſectio ſecundum analogiam per §. 401. ante לאמר incidit. Sed occurrunt loca, in quibus ſectio prima in medio termino priori, ubi etiam tonus ob reſpectum ad ſuperiora vel aliquam emphaſin intenditur, ſectio autem ſecunda ante לאמר accentibus notata reperitur. Ita ſectio prima eſt

1) in medio termino priori:

Gen. XXXII. 20. Exod. V. 6. Jer. XXIX. 22. XLIV. 15. 20. Amos III. 1. 2 Par. X. 10. XI. 3.

2) ſpeciatim in media propoſ. parenthetica:

Exod. V. 14. Jerem. XXVIII. 12. XXIX. 3. XXXII. 16. XXXIII. 1. XXXIV. 13. XXXIX. 15. XLIV. 1. 2 Par. XXXII. 11.

3) intra duas propoſitiones parentheticas:

Devt. V. 5. Jer. XXXVI. 27.

Conf. Commentatio mea philologica de Parentheſi p. 65. ſqu. 200—202.

§. 430.

§. 430.

Progredior ad vocabulum סֶלָה, quod in Pſalmis et in precibus Chabakuci, ubivis in extremo periodi occurrit, et pauſam atque ſilentium in cantu ſignificaſſe videtur. Quamvis illud ad omnem orationem in Paſuco ſpectare videatur, referri tamen ſolet ad unam propoſitionem, et

1) ſecundum analogiam Canonis II. §. 381. diſtinguitur:

Pſalm. III. 3. 9. IV. 3. 5. IX. 17. 21. XX. 4. XXI. 3. XXIV. 10. XXXII. 5. 7. — Chabak. III. 13.

Notentur loca, Pſ. VII. 6. XLIV. 9. XLIX. 14. L. 6. LXVII. 5. CXLIII. 6. quorum diſtinctio ex §. 390. Schol. I. intelligitur.

2) Cum conceptu priori diverſo copulatur:

Pſalm. III. 5. XXIV. 6. XXXII. 4. XLVI. 8. 12. XLVII. 5. LII. 5. LIX. 14. LX. 6. LXXVI. 4. LXXVII. 10. 16. LXXXVII. 3. CXL. 4. Chabak. III. 3. 9.

§. 431.

Denique exempla nonnulla ſingularia ſunt notanda locorum, in quibus

I.) poſt Verbum finitum propter emphaſin ad conceptum ditionis antepenultimum duo conceptus diverſi conjuncti apparent, quia emphaſis illa accentu majori, non ejusdem ordinis, ſervata diſtinctionum proportione, ſed ordinis ſuperioris poterat indicari. Conf. §. 361. Ita conceptus diverſi juncti ſunt

1) poſt Atnachum pro Tbhiro, qui in ſectione ordinaria locum habebat: Gen. XIII. 13. XXII. 15. XLVII. 12. Lev. XIV. 5. Num. XIV. 37. XXVII. 16. Devt. XVIII. 8. Jud. XX. 1. 2 Sam. II. 12.

2) poſt Atnachum pro Rbhia, qui in ſectione ordinaria ſcribi debebat: Gen. XXV. 20. Joſ. VI. 21. Jer. XXVI. 22. XXXIV. 6.

3) poſt Atnachum pro Rbhia repetendo: Gen. VII. 13. Jer. XXXVI. 10.

4) poſt Atnachum pro Rbhia, quo in voc. antepenultimo ditionis Tiphchae vel Sakephi emphaſis denotari poterat:
Gen. XXX. 7. Exod. XL. 38. Lev. XXVI. 46. Num. XXXVI. 11. Devt. XXX. 2.

5) poſt Sakephum pro Rbhia, Gen. VII. 7.

6) poſt Sakephum pro Tbhiro: Gen. XXX. 12. Exod. XXXVI. 11. Lev. XXVI. 18. 21. 24. 28. Num. XXI. 18. 1 Reg. VI. 23. 2 Reg. II. 1. 11. Jeſ. XL. 2. 3. Jer. XXVIII. 6. Ezech. XIV. 5. Cant. VII. 7. Cohel. VIII. 11.

7) poſt Rbhiam pro acc. Paſer, Joſ. XXI. 4. 5. 6. 1 Sam. XXV. 8.

His add. ex libris metricis:
Pſalm. XXX. 12. in chorum mihi,
LXXVIII. 20. carnem populo ſuo.
LXXIX. 2. in cibum volucribus aëreis,
LXXX. 6. lacrimis ad menſuram.
CXIX. 20. erga judicia tua in omni tempore.
Job. XIV. 6. ſicut mercenarius diem ſuum.
XXXIII. 29. bis terve cum homine.

§. 432.

§. 432.

II.) Ante Verbum finitum nonnunquam duo conceptus diverſi, quorum prior accentu majori quam alter ſec. §. 384. et 390. notari debebat, uno conceptu juncti reperiuntur, quod factum eſſe videtur ad deſignandam emphaſin magis cum conceptu altero conjunctam. Hoc accidit inprimis Particulis ante Particulam vel conceptum alium, id quod exemplis in §. 395. demonſtratum eſt. Ita conceptus diverſi conjuncti ſunt

Gen. XXVII. 37. Et tibi nunc —
Devt. II. 10. Emim olim —
1 Sam. IX. 9. Olim apud Iſraelitas —
v. 13. eum enim hoc ipſo die —
X. 19. Vos autem hodie —
Jeſ. XVI. 11. Ideo viſcera mea propter Moabum, cf. Jer. 48, 36.
XXXVIII. 19. pater liberis —
XLVIII. 21. aquam ex petra —
Jer. XXXII. 4. et oculi hujus oculos illius —
LI. 31. Curſor contra curſorem —
Ezech. XIV. 14. illi per ſuam juſtitiam —
Zach. IX. 11. Etiam tu per ſanguinem foederis tui —
Cant. III. 1. Super cubili meo ſingulis noctibus —
Dan. II. 19. Tunc Danieli in viſo nocturno —
II. 25. Tunc Arioch cum feſtinatione — cf. III. 13.
IV. 22. et herbam ſicut boves — ita v. 29. 30.

Dan. IV. 31. Sed exacto ſpatio ego Nebucadnezar —
Pſalm. IV. 9. In pace ſimul —
XV. 5. et munus contra innocentem —
XLV. 13. Et puella Tyri cum muneribus —
XC. 1. refugium tu —

CAPUT XIV.
DE PROPOSITIONUM ET PERIODORUM LIMITIBUS.

§. 433.

Abſoluta conceptuum reſolutione et diſtinctione, nunc ad explicandam propoſitionum in periodo conſtructionem et diſtinctionem progredior. Priusquam autem de connexione propoſitionum in textu Hebraico, earumque reſpectu mutuo ſtatui poſſit, propoſitiones ipſae et periodi rite deſignandae, et earum limites cognoſcendi ſunt, ubi incipiant vel terminentur, qua de re neminem ſcio eſſe commentatum. Ideoque Canones aliquot conſtituam, eosque rationibus et exemplis confirmabo, quorum uſus eſſe poſſit ad limites tum propoſitionum tum periodorum definiendos. Atque hi Canones priores de propoſitionum limitibus tum in ſubſidium ſunt vocandi, quando disquiritur, an conceptus aut conceptuum ſeries, abſente Verbo finito, propoſitionem exhibeat, vel ad vicinam propoſitionem pertineat.

§. 434.

§. 434.

Canon I. *Ubi manifeſtum eſt, propoſitionem incipere, ibidem propoſitio prior terminatur: et ubi propoſitionis terminus incidit, ibidem poſterioris propoſitionis initium eſt.*

Nam primo ſunt vocabula, quae in Codicis Hebraici textu ſemper in propoſitionum initio collocantur, ut Conjunctiones, quae propoſitionem dirigunt, (§. 25—27.) Interjectiones, Adverbia affeverandi, demonſtrandi et interrogandi, item Pronomen אֲשֶׁר, et Pronomina interrogandi, paucis locis exceptis, v. g. Jud. V. 17. Jeſ. LIII. 1. Jer. XXII. 15. Hoſ. X. 3. Nahum. I. 6. Zach. I. 5. 6.

Inprimis ubicunque occurrit ו copula ad Verbum finitum, ibi propoſitionis initium eſt, vel ubi Participium alios conceptus regens Relativo אשר exponendum eſt. Nonnunquam autem copula ו, quae ad Verbum ſpectat, ut ex orationis nexu intelligitur, conceptui ſuperiori, cujus non apparet nexus cum conceptu aliquo homogeneo, vel Particulae, quae alioquin etiam in media propoſitione locum habet, praefixa conſpicitur, ubi propterea initium propoſitionis eſt ſtatuendum, v. g. Gen. VII. 6. et inundatio, IX. 23. et verenda, Jon. III. 3. Et Ninive, Jer. X. 14. et non, Eſra V. 3. et ſic.

Deinde ſunt vocabula, quae ſemper in extremo propoſitionis collocantur, quaeque oſtendunt, vocabulo, quod mox ſubjicitur,

propoſitionem aliam eſſe inchoandam. Denique in ultimo vocabulo propoſitionis aut periodi in ſyllaba tono affecta mutantur vocales propter pauſam, vel tonus retrahitur, raro autem in propoſitione media. Igitur ubi talis mutatio contigiſſe obſervatur, propoſitionem terminari ratione probabili colligitur, ut in vocabulo, quod ſequitur, propoſitio alia incipiat.

§. 435.

Canon II. *Ubi propoſitio nondum abſoluta eſſe intelligitur, alia propoſitio non eſt inchoanda: et ubi propoſitionis initium non manifeſto apparet, propoſitio prior non eſt concludenda, niſi aliae rationes poſtea exponendae hoc requirant.*

Hujus Canonis inprimis uſus eſt, quando textum Hebraicum, neglectis tantiſper accentibus, legimus, nexum et conſtructionem vocabulorum ejusque continuationem obſervantes, an conceptus, qui ad propoſitionis ejusdem formam pertinent, vel ſententiam illius perfectam reddunt, conſequantur, (§. 20. 31.) ut conceptus continuo dijudicemus, an ad ſuperiorem vel ad poſteriorem propoſitionem pertineant, id quod accentuum auxilio et ex uſu Canonum Capitis XI. accuratius ſane cognoſcitur.

§. 436.

Scholion. Ita propoſitione in ſuos conceptus diverſos ſecundum Canones Capitis XI.

ad

ad accentus diſtributa, apparet nonnunquam inter alios conceptus propoſitio pro conceptu habenda, quia reſpectus eſt nonniſi partium homogenearum. (§. 9.) Talis autem propoſitio

1) eſt alter terminus conceptus compoſiti, quando cum priori termino uno conceptu reſpectu reliquorum in propoſitione majori conceptuum comprehenditur. Conf. §. 404. 405. num. 2.

2) Eſt parentheſis, quando conceptibus propoſitionis interponitur, et cum illis ſeparatim ad Verbum finitum refertur. Vid. Commentatio mea de Parentheſi, §. 27. ſqq.

3) Ipſa in diſtinctione Hebraica conceptum ſiſtit, quando cum aliis conceptibus, quorum uni ἐξ ἀλλήλȣ reſpondet, ut conceptus diverſus ad Verbum finitum propoſitionis referri poteſt et debet, et ſalva orationis ſententia aut conſtructione omitti non poterat, v. g.

Gen. VII. 23. et quae cum eo *erant,*
Exod. X. 2. quae fecerim in Aegypto,
Jud. XVI. 23. ut facerent ſacrificium magnum Dagoni Deo ſuo,
2 Reg. XX. 17. quidquid eſt in domo tua, et quod congeſſerunt majores tui usque ad hunc diem, Jeſ. XXXIX. 6.
Ezech. XXVIII. 9. Deus ego *ſum,*
Mich. IV. 6. et cuicunque malum feci.
Dan. XII. 1. ex quo populus extitit,
Pſalm. XL. 17. LXX. 5. extollatur Jehova,
Prov. I. 12. ſicut orcus vivos *abſorbet,*

§. 437.

§. 437.

Canon III. *In principio Paſuci propoſitio incipit, ſicut in ejus extremo propoſitionis terminus incidit.*

Hinc Paſucus minimum unam propoſitionem complectitur, ad quam Verbum, plerumque Subſtantivum, ſi omiſſum eſt, ſuppleri, vel ex ſuperioribus repeti debet, praeſertim cum duo pluresve conceptus diverſi, in Paſuco continentur. Ita ſupplendum eſt Verbum Subſtantivum, Gen. X. 2. 3. 4. 6. 22. 23. XIII. 2. XLIX. 32. Devt. I. 2. Jeſ. XXIV. 17. XLI. 8. LXVI. 6. Jer. XVII. 12. L. 22. 35.

aut Verbum aliud, Gen. XXIII. 18. Exod. XXIII. 16. XXV. 38. XXIX. 23. Lev. IV. 11. IX. 19. XXII. 19. Devt. XVI. 17. 2 Reg. X. 33. Ez. III. 13. XXIII. 23. XL. 15. Eſra III. 5. VII. 22.

Scholion. In hoc Canone et reliquis ponuntur ea, quae analogiae Dichotomiae ſunt conſentanea, quibus non obſtat diſtinctio extraordinaria, quae ex aliis rationibus dijudicatur: ſicut etiam occurrunt complura loca, ubi propoſitio Paſuco non perficitur, ſed per duos pluresve Paſucos diſtrahitur. Conf. §. 137.

§. 438.

Canon IV. *Si poſt minorem accentum propoſitionis initium eſt*, *per Can.* I. §. 434. *multo magis poſt majorem.*

Hic Canon per ſe intelligitur, et valet ubivis, niſi propoſitiones ſint coaleſcentes, quae quidem temere non ſunt ſtatuendae. Ita

Gen.

Gen. X. 25. poſt Rbhiam propoſitio incipit, multo magis poſt Sakephum, Gen. XXXIII. 13. α) poſt Paſchtam, multo magis poſt Sakephum, Ezech. VIII. 6. poſt Sakephum, multo magis poſt Atnachum.

Contra ea, ſi poſt majorem accentum propoſitio non incipit, per Can. II. §. 435. *multo minus poſt minorem.* Ita

Exod. X. 2. non poſt Sakephum, multo minus poſt Rbhiam, Jud. XVI. 23. α) non poſt Tiphcham, multo minus poſt Paſchtam, Ezech. XXVIII. 9. non poſt Sakephum, multo minus poſt Paſchtam.

§. 439.

Canon V. Sectio prima Paſuci aut ditionis cujusvis cadit in confinia propoſitionum, ſi in utroque dimidio unum vel aliquot Verba finita occurrunt. Hic etiam ratio habenda eſt Infinitivi aut Participii Verbo finito exponendi. Itaque ditionum et membrorum Dichotomia repetita omnium in Paſuco propoſitionum limites deſignantur. Ita Gen. I. 28. ſectio prima Paſuci et ditionis Atnachi in confinia propoſitionum incidit, nec minus Tiphcha, Rbhia et Tbhir limites propoſitionum deſignant.

Ratio hujus Canonis ex eo intelligitur, quod partium tantummodo homogenearum, ut hic propoſitionum, reſpectus mutuus datur. At ſaepenumero membri dimidium prius aut poſterius Verbo finito expreſſo carere obſervatur; nec tamen in membro integro unam pro-

propoſitionem aſſumere licet. Hic vero ex certis criteriis cognoſcendum eſt, quando membri alicujus dimidium, quamvis Verbo finito expreſſo careat, propoſitionem exhibeat, ad quam Verbum finitum, inprimis Subſtantivum, ſupplendum ſit, quae criteria nunc paucis per Canones hos poſteriores explicabo.

§. 440.

Canon VI. Quando in membri alicujus dimidio duo vel plura Verba finita et propoſitiones completae continentur, alterum etiam dimidium, quamvis Verbo expreſſo careat, propoſitionem complectitur.

Ratio ex Canone IV. intelligitur, quoniam, quando minor accentus in medio altero dimidio propoſitiones diſcernit, multo magis accentus major intra ipſa duo dimidia propoſitiones diſtinguit. Jam vero ſi dimidium alterum utrique Verbo dimidii proximi determinando congruit, tum dimidium utrumque efficit propoſitionem compoſitam: ſin congruit ſoli Verbo vicino, ſit propoſitio coaleſcens: ſi vero Verbo remotiori, Verbum alterum cum ſuis conceptibus propoſitionem parentheticam exhibet. Sed quando dimidium alterum ad nullum Verborum dimidii proximi pertinere intelligitur, praeſertim cum duos pluresve conceptus diverſos complectitur: tum fere conditio hujus Canonis exiſtit, adeoque alterum dimidium propoſitionem diſtinctam exhibet, ad quam Verbum eſt ſupplendum. „In

„exem-

„exemplis deinde producendis dimidium nota-
„tur, quod Verbo expreſſo caret, et propo-
„ſitionem exhibet, ubi ſemper, ut res peni-
„tus intelligatur, ad dimidium alterum prius
„aut poſterius reſpiciendum eſt. Ita Verbum
ſupplendum eſt

in hemiſtichio priori: Num. XXI. 16. profecti ſunt, 1 Sam. II. 13. hic erat, 2 Sam. XVII. 8. poſt Sakephum, qualis eſt, Jer. II. 3. ſunt, V. 3. in dit. Segoltae, intenti ſunt, Ezech. XXII. 25. ſunt, Zach. XIV. 18. poſt Tiphcham, ex v. 17. veniet pluvia.

in hemiſtichio altero: Gen. XIV. 7. clade affecerunt, Exod. XXVIII. 29. ut ſit, XXIX. 3. adducito, XXX. 8. erit, Lev. V. 22. ſi denique deliquerit, Num. XIII. 23. abſciderunt. Devt. IX. 15. erant, 2 Sam. XX. 1. poſt Sakephum, abeat, 1 Reg. II. 22. pete regnum, 2 Reg. XXIII. 16 idque fecit, Jeſ. III. 6. ſit, XV. 9. erit, XXX. 28. erit, XLIX. 7. adorabunt inquam, Jer. XXX. 5. exiſtit, XLV. 4. deſtruam et evellam.

§. 441.

Canon VII. Quando dimidio altero propoſitio incipit, per Can. I. § 434. tum etiam dimidium prius, quamvis Verbo expreſſo careat, propoſitionem complectitur, ad quam Verbum ſupplendum vel ex ſuperioribus repetendum eſt. Excipienda autem ſunt illa loca, in quibus haec duo dimidia conceptum compoſitum efficiunt per §. 436. num. 1. Dimidium illud prius extat

in

in hemiſtichio priori, Gen. VII. 6. XXXI. 52. Exod. XXIX. 42. XXXIII. 3. Num. XXVI. 4. XXXI. 42. 2 Reg. XXII. 6. Jeſ. VIII. 20. XLV. 4. Jer. IX. 25. Hoſ. VIII. 1. Cohel. IX. 14.

in dit. Sakephi, Gen. XIV. 10. XXX. 13. XXXI. 49. Exod. III. 12. XV. 2. Lev. XIV. 22. Joſ. XVII. 10. Jeſ. VI. 13. IX. 6.

in hemiſtichio altero, in dit. Sakephi, Gen. IX. 23. XII. 8. XLIII. 32. Num. IX. 21. 2 Sam. II. 4. Jeſ. X. 26. LIV. 14. LVII. 15. Jer. XXV. 34. Hoſ. XIII. 10. Joël. I. 5.

in dit. Tiphchae, Gen. XX. 16. 2 Sam. XXII. 41. 42. Jeſ. V. 9. LI. 19. LV. 7. Jer. X. 24. XXVI. 5.

§. 442.

Scholion. Sigillatim notari merentur illa loca, in quibus dimidium illud prius conceptum abſolute poſitum aut ſolitarium exhibet, qui quod ו, idque plerumque ἀποδοτικὸν, ad Verbum in altero dimidio propoſitionis initium deſignat, ad propoſitionis modulum conformandus eſt, non quidem ex linguae Latinae genio, ſed ut ratio diſtinctionis per accentus intelligatur. Ita ad conceptum illum

1) addi poteſt, *quod attinet*, fere in principio periodi, v. g. Exod. XII. 44. Lev. VII. 20. XX. 16. XXVI. 36. Num. XIV. 31. 36. 1 Sam. XIV. 19. XVII. 24. 1 Reg. VIII. 41. IX. 21. XII. 17. XV. 13. 2 Reg. XVI. 14. XXV. 22. Jer.

Jer. VI. 19. XXIII. 34. XXVII. 11. Ezech. I. 18. XLVII. 11. Eſth. VI. 7. Dan. I. 20. XI. 15.

2) addi poteſt וַיְהִי, Et accidit — ut — v. g.
Gen. XXII. 4. Joſ. II. 5. ad כַּחֹשֶׁךְ, Jeſ. VI. 1. Jer. VII. 25. LII. 6. Dan. X. 4. 2 Par. XIII. 1. XXV. 27.

3) addi poteſt וְהָיָה aut כִּי יִהְיֶה
Gen. XVII. 14. Exod. XII. 3. XVI. 6. 7. XXX. 38. Lev. VII. 16. Devt. IV. 30. XVIII. 20. Jeſ. XVI. 14. XVII. 14. Jer. VIII. 1. Ezech. XIV. 7.

§. 443.

Canon VIII. Quando in principio dimidii, quod Verbo expreſſo caret, eſt Particula propoſitionem dirigens, hoc propoſitionem exhibet, ad quam Verbum eſt ſupplendum.

Gen. VIII. 9. כִּי, ita v. 21. XLIII. 32. et alibi.
Gen. XVII. 12. אֲשֶׁר, ita alibi ſaepius.
Gen. XXVI. 33. עַל־כֵּן; Jeſ. LII. 6. לָכֵן.
Gen. XXXII. 28. מָה, ita Jeſ. XXI. 11. bis.
Gen. XXXIV. 22. כַּאֲשֶׁר, ita Jeſ. XXIII. 5.
Gen. XL. 9. וְהִנֵּה, ita Jeſ. XLIX. 12. Jer. VI. 10.
Joſ. XXII. 22. אִם־, cf. Ezech. XVII. 19. Joel. I. 2.

§. 444.

Canon IX. Sunt vocabula nonnulla, quae Verbum Subſtantivum includunt, adeoque aliquod

quod dimidium propoſitionem eſſe ſignificant. Hujusmodi ſunt

1) Pronomina Perſonalia et Demonſtrativa absque ה Articuli poſita, quae etiam cum Participio Verbum Subſtantivum includunt, v. g.

אֲנִי, Gen. XV. 7. XVII. 1.

אַתָּה, Gen. III. 14. XVI. 13.

הוּא, Gen. II. 19. IX. 18.

זֶה et זֹאת, Gen. XII. 12. XVII. 10. XXVIII. 17. 2 Reg. VI. 19.

אֵלֶּה, Gen. II. 4. IX. 19. X. 29. 32. XXV. 13. 16. 17.

2) אַיִן, quando caret particula praefixa, et *non* ſignificare intelligitur: Gen. II. 5. Lev. XXVI. 37. Num. XX. 5. 2 Reg. XIX. 3. Jeſ. XLV. 21. Hoſ. XIII. 4.

item אֵין conſtructum, etiam cum Participio: Gen. XI. 30. XIX. 31. XXXI. 50. XLI. 8. 24. 39. —

3) Adjectivum, quod ante ſuum Subſtantivum in propoſitionis initio collocatur, et conceptum diverſum ſiſtit, ut בָּרוּךְ, Gen. IX. 26. XIV. 19. XXVII. 33. —

it. alia Adjectiva:

α) Gen. III. 6. Jeſ. XIX. 11. XXXIII. 21. Jer. IV. 22. Zeph. I. 14.

β) Gen. XII. 10. Exod. XXV. 34. Hoſ. IX. 7.

4) Interjectiones pleraeque, v. g.

אֲהָהּ,

אֲהָהּ, 2 Reg. III. 10. Joel. I. 15. אוֹי, Num. XXI. 29. XXIV. 23. הוֹי, 1 Reg. XIII. 30. Jeſ. I. 4. V. 8. 11.

§. 445.

Canon X. Nonnunquam aliquo dimidio propoſitio continetur, ſi conceptus ejus unicus Verbo alterius dimidii determinando non congruit, vel duorum pluriumve conceptuum diverſorum conjunctio non habet locum. Ita

1) ad conceptum unum in altero membri dimidio Verbum finitum ſupplendum eſſe, ratione certa vel ſaltem probabili colligitur, v. g.
   Exod. XXXII. 26. ad me *accedat*,
   2 Sam. XX. 11. poſt Joabum *veniat*,
   Jeſ. XLIII. 2. et *ſi transiveris* per fluvios,
   Jeſ. LII. 8. Vox ſpeculatorum tuorum *auditur*,
   2 Par. X. 5. adhuc tribus diebus *abite*, ex 1 Reg. XII. 5.

Add. *α*) Exod. VIII. 6. ſupplicato, XXIX. 2. ſumito, Jer. XLVII. 3. ejulabunt, Nehem. XIII. 31. conſtitui cuſtodias.
   β) Devt. XXXII. 42. ebria faciam, Joſ. XXIV. 12. factum eſt, Jeſ. VIII. 18. exivit, coll. XXVIII. 29.
   In dit. Sakephi, Exod. XXIX. 25. adoleto, Devt. XXVII. 5. aedificato, Jeſ. I. 13. ſunt mihi abominationi.

 2) Ad

2) Ad conceptus duos diverſos in membri aliquo dimidio Verbum addendum eſt, ut fiat propoſitio. Vid. loca §. 380. n. 2.

Add. α) 2 Par. XXXI. 6. Pſalm. XXXI. 14. Exod. XX. 10. Lev. XXV. 51.
poſt Sakephum; Lev. XXVII. 20. Jer. II. 37. Hab. I. 9. Eſra VIII. 28.
in dit. Sakephi; Jeſ. XXX. 17. XL. 15. LXI. 7. LXVI. 18.

β) Exod. XXV. 30. Lev. XXIV. 4. 8. Num. I. 2. XVIII. 29. Jud. XX. 9.
poſt Sakephum: Jeſ. III. 14. XLIX. 9. LVIII. 10. Amos V. 16.
in dit. Sakephi: Jeſ. XI. 6. Jer. LI. 35. Ezech. XLIII. 2.

3) Si fuerint in aliquo dimidio conceptus plures diverſi, a) Verbum finitum ad conceptum primum ſupplendum eſt. Conf. loca in §. 382. quibus add.

α) Exod. XXXV. 23. Jer. XXIV. 2. LI. 7. Pſ. XIII. 3. poſt Rbhiam.

β) Gen. XLV. 23. Exod. XIV. 22. Lev. V. 25. Devt. X. 7. Joſ. IX. 27. X. 8. Jeſ. VIII. 6. XX. 3. Jer. LII. 23.

b) Verbum finitum ad conceptum ſecundum addendum eſt, in locis, quae §. 387. Schol. III. notata ſunt.

§. 446.

Accedo nunc ad periodorum limites deſcribendos, quo in negotio membrorum relatio diverſa obſervanda eſt, ut diſpiciamus, ubi

ubi neceſſario periodus incipiat aut deſinat: ubi propoſitio aut membrum non poſſit non ad priorem vel poſteriorem periodum referri: ubi denique libere, at concinne et commode periodus vel claudi vel continuari poſſit. Sunt enim periodi non adeo neceſſariis et immotis limitibus conſtrictae, ac quidem propoſitiones, cum in propoſitionibus non recte ſuo termino utrinque definitis periclitetur ſenſus, periodi autem nonnunquam ſalvo ſenſu modis diverſis circumſcribi et conformari poſſint. Atque hic iterum aliquot Canones praeſcribere placuit, quos quidem ſcrupuloſius demonſtrari non opus eſt, cum eorum ratio certa vel ex periodi natura, (§. 29 - 33.) vel ex propoſitionum et membrorum indole, nexu et reſpectu, (§. 34 - 37.) vel denique ex diſtinctionum proportione accentibus deſignata comprobetur.

§. 447.

Canon I. Paſucus Hebraicus periodum integram exhibere ſupponitur, niſi rationes ſingulares obſtent, quas Canones reliqui ſuppeditant. Conf. ad hunc Canonem illuſtrandum, quae in §. 134 - 139. dicta ſunt.

Canon II. Ubi manifeſtum eſt periodi principium, ibidem periodus prior terminatur: et ubi periodi extremum liquido apparet, mox alia periodus incipit.

Nam I.) ſunt vocabula et Particulae, quae tantum non ſemper in principio periodi collocantur, quod genus וַיְהִי et וְהָיָה, quan-

dò nude, absque Nominativo expreſſo, cum ſolo adjuncto temporis, alteri propoſitioni praemittuntur: item הִנֵּה, quando eſt ſine copula, nec ea ſuppleri debet, exceptis paucis locis: deinde עַתָּה aut וְעַתָּה, ſi eſt Conjunctio concluſiva, nam in media periodo eſt Adverbium temporis: denique Conjunctiones aliae, quae in priori periodi membro ſcribi ſolent, vel ad alterum membrum reſpicere intelliguntur.

II.) Conjunctiones adverſativae et disjunctivae ſua natura locum ſuum ad membrum alterum periodi requirunt, et ad prius reſpiciunt. Sed illae nonnunquam in principio periodi apparent, quando non quidem illius membra ſunt oppoſita vel disjuncta, ſed ipſa periodus integra ad ſuperiorem periodum reſpicit, eique opponitur. Hujusmodi eſt copula ו, quae ſaepius non propoſitiones aut membra periodi, ſed ipſas periodos copulat, et variis modis exponi poteſt. Ita valet

Igitur: Jeſ. XL. 18. Jerem. II. 19. III. 3. V. 4. VI. 11. VII. 27.

Tum, Alsdenn: Jer. XVI. 11. LI. 48. Hoſ. III. 2. VI. 3. Jon. I. 7.

Nam; quando haec periodus eſt natura vel tempore prior, quam quae antecedit: Lev. X. 17. Joſ. VII. 21. 1 Sam. XV. 6. 2 Sam. XVII. 2. 14. 1 Reg. XV. 27. Jeſ. III. 14. LI. 23.

Imo copula ו haud raro ad poſterius periodi membrum reſpicere intelligitur, ubi, ut

nexus

nexus orationis jubet aut permittit, Conjunctione conſecutiva aut conditionali, cum, *als*, quum, *wenn*, exponenda eſt.

III.) Conjunctiones ceterarum claſſium pleraeque mox ad prius, mox ad poſterius periodi membrum collocantur, ita tamen, ut vel priori vel poſteriori ſua natura magis ſint propriae. Illae ſi ad membrum prius reſpicere intelliguntur, ſunt in media periodo: ſin ad poſterius membrum, idque integrum, periodum inchoare merito exiſtimantur. Hujusmodi eſt אֲשֶׁר Relativum, aut Participium, quod pro eo occurrit, non antecedente Particula, quod quando ad inferiora referendum eſt, in principio periodi conſiſtit.

§. 448.

Canon III. Propoſitio vel propoſitionum ſeries non periodus, ſed membrum periodi eſſe cognoſcitur, quando hanc excipi oportet ab altera, aut haec reſpicit ad priorem alteram, ut fiat ſententiae totius demonſtratio et abſolutio. (§. 31.) Ita nonnunquam etiam Protaſis et Apodoſis non perficiunt periodum, ſi ambae uno membro conjunctae ut alia Protaſis vel Apodoſis ad alterum periodi membrum ſunt referendae. Atque ex hoc Canone definiuntur periodi, quae per duos pluresve Paſucos diſtrahuntur, ut Sillucus Protaſin et Apodoſin diſtinguat. Nonnunquam conſtructio Particulae aut Verbi finiti per duos vel plures Paſucos continuatur, v. g. Exod. XXXI. 5. לַעֲשׂוֹת.

Num. V. 12. 13. 14. כִּי, ita XV, 2. 3. Devt. VI. 10. 11. XXI. 10. 11.
Num. XXXV. 22. 23. אִם, ita Jer. VII, 5. 6.
Devt. VIII. 12. 13. 14. פֶּן.
Ezech. XXIV. 26. הֲלוֹא.

§. 449.

Canon IV. Membra duo, quae non intercedit Conjunctio, certis conditionibus vel duas periodos exhibent, vel una periodo copulantur.

Nam reſpiciendum eſt ad membrorum vel hemiſtichiorum indolem et magnitudinem, eorumque mutuam relationem, ubi quidem non ſemper certa et determinata ratio apparet, ſed cujusvis arbitrio res ſaepe cônſtat. Sed accedunt haud raro aliae rationes, quae in hoc Capite et deinde ſuis locis exponuntur, quaeque omnino jubent altero membro vel hemiſtichio periodi initium fieri, vel periodum ſuperioris membri continuari, ita ut nonnunquam Particula connectens ſuppleri debeat.

Igitur I.) membro altero, quando Particula connectens deficit, non quidem neceſſario, niſi alia ratio accedat, ſed orationis ſenſui percipiendo ejusque euphoniae convenienter, periodum diverſam comprehendi arbitror:

1) Si membrum vel hemiſtichium utrumque per ſe perfectam abſolutamque ſententiam exhibet, quamvis alterum alteri congruat aut ſubjectum ſit, praeſertim cum alterum vel utrumque pluribus propoſitionibus conſtat,

ſtat, et datur aliquis verborum ambitus, v. g.

Gen. IV. 26. XIII. 10. XVI. 5. XVIII. 25. XIX. 17. 34. XXI. 23. Exod. IX. 29. X. 14. 28. XII. 4. 16. XV. 2. 9. XVI. 23. 29. —,

2) Si duo illa membra, vel hemiſtichia, etiam breviora, ſenſu diverſa ſunt, vel actus tempore diverſos deſignant, quod ſaepius ex conſtructione variata intelligitur:

Exod. IX. 19. X. 10. XV. 24. XVII. 9. XIX. 19. XX. 14. XXIII. 1. 19. Lev. XXIII. 43. Jeſ. I. 2. XLV. 19. 20. LIX. 5. Jer. I. 17. X. 20. XI. 20. XII. 3. 6. 9. XV. 1. 10. 19. XVIII. 11. 20. —

3) Quando in membro priori vel poſteriori Protaſis et Apodoſis apparet, vel ſubjectum aut phraſis ex priori repetitur. Conf. §. 464. 469. 479. 529. c).

II.) Contra ea membro altero, quod Particula in fronte caret, periodi initium facere non opus eſſe videtur:

1) Si prius membrum non exhibet ſententiam perfectam et abſolutam, ſed hoc lecto vel audito deſideratur alterum, ut ſic principium et extremum cohaereant, et converſio orationis abſoluta fiat. Ita cohaerent una periodo

duo hemiſtichia: Gen. XXXVII. 32. XLII. 36. XLV. 9. Exod. VI. 29. Jeſ. LXV. 6. Jer. XXIX. 28. Ezech. XXIV. 22.

duo membra prioris hemiſtichii: Gen. XXIII. 6. XXVII. 19. XLVII. 6. L. 5.

2) Si prius membrum eſt cum Particula, quae Protaſin deſignat, in altero autem membro Particula illi reſpondens omiſſa eſt. Ita cohaerent una periodo

duo hemiſtichia: 2 Sam. XX. 13. Jer. V. 14. LI. 53. Hoſ. XIII. 15.

duo membra prioris hemiſtichii: Gen. III. 14. Jeſ. V. 24.

3) Si membrum alterum non continet perfectam abſolutamque ſententiam, ut quando Pronomen ſuffixum, relativum vel demonſtrativum adeſt, adeo ut aliquid ad ſenſum ſatis determinatum deeſſe videatur, niſi membrum prius illi una periodo adjungas. Ita cohaerent una periodo duo hemiſtichia:

Gen. I. 29. II. 18. III. 15. VI. 16. XVII. 14. XIX. 37. 38. Exod. VI. 14. 15. 24. XII. 14. XIV. 28. XVI. 18. 25. XXV. 18. 29. 31. —

4) Si membrum alterum, quamvis per ſe perfectam et abſolutam ſententiam exhibeat, priori ſubjectum et ſenſu cum eo conjunctum eſt, ejusque ſententiam magis explicat et perficit, unde ſaepius Particula ſuppleri poteſt. Hinc altero hemiſtichio non incipit periodus:

Gen. II. 23. XXIII. 6. XXIV. 17. XXX. 20. XLI. 26. 48. XLIV. 16. 17. XLV. 28. XLVII. 9. 23. 25. Exod. IV. 23. V. 7. VII. 14. —

§. 450.

Canon V. Quando abſoluto alterius ſermone, qui in textu Hebraico allegatur, auctoris ſacri

eri verba continuantur, vel alia perſona loquens inducitur, periodi initium eſt faciendum, v. g.
poſt Atnachum: Gen. I. 3. 9. 11. 15. 24. 30. III. 13. IV. 9. 15. XI. 3. XII. 7. XIV. 20. XVI. 2. 6. 8. XVIII. 5. 9. 10. —

α) poſt Sakephum, Exod. IV. 3. 7. Jer. XXIV. 3. Amos VII. 8. poſt Tiphcham, 2 Sam. XX. 17. Amos VI. 10.

β) poſt Sakephum, 2 Sam. XX. 17. Mal. I. 6. Dan. III. 24.

Scholion. Equidem non inficior, in locis talibus duo membra ſaepius una periodo includi poſſe, ſi ו in principio membri prioris *cum*, als, exponitur, cui in altero membro ו *ἀποδοτικὸν* reſpondeat. Sed hoc orationem plerumque nimis languidam reddere videtur. Attamen hoc in locis quibusdam fieri expedit, v. g.
Exod. VIII. 15. XIII. 14. 2 Sam. XI. 19. Jeſ. VII. 2. Ezech. X. 6. Zach. V. 8. Prov. III. 28. Thren. II. 12.

α) Gen. XVIII. 15. XXIV. 47. XXV. 33. XXXII. 30. Exod. IV. 6. XVI. 15. Jud. XI. 38. 2 Reg. XIII. 16.

§. 451.

Canon VI. Interrogatio directa ſ. abſoluta periodum inchoat et perficit.

Interrogationem directam ſ. abſolutam dico, quae directe ſ. abſolute enunciatur, ita ut non ſit nexus et reſpectus mutuus inter eam et membrum prius aut poſterius, qui reſpectus alio-

alioquin Conjunctione aliqua indicatur. Huic oppoſita eſt Interrogatio indirecta ſeu conſtructa, quae indirecte et in Modo, quem dicunt, potentiali enunciatur, vel cum priori aut poſteriori membro intercedente Particula conſtructa eſt. Quia vero ſaepius Interrogatio ſolummodo vel a principio vel a fine abſoluta, aut ab utraque parte conſtructa apparet, inde accidit, ut periodus vel cum Interrogatione incipiat, ſed non concludatur: vel cum Interrogatione concludatur, ſed non incipiat: vel denique Interrogatio in media periodo veniat.

§. 452.

Igitur ſunt quatuor formae accurate diſtinguendae. Nam I.) Interrogatio directa ſ. abſoluta a principio et fine periodum et inchoat et perficit, ubi copula ו, quae nonnunquam praemittitur, periodos connectit. Poſſunt etiam, quod ſaepe fit, antecedere in eadem periodo propoſitiones prooemiales, ſimulque aliae propoſitiones, quae prooemialibus uno membro praemittuntur. Si vero propoſitiones illae ſectione diſtinguuntur ab Interrogatione et prooemiali, et Protaſin oſtendunt, loca ad formam tertiam pertinent. Tales periodi cum Interrogatione abſoluta occurrunt, v. g.

Jer. XIV. 8. XXIII. 23. Ezech. XXXVIII. 14.

α) Gen. IV. 7. 10. XII. 18. XVIII. 14. Exod. V. 4. XIV. 15. XVII. 4.

β) Gen.

β) Gen. XX. 4. XXVII. 45. XXXI. 14. 30. Exod. II. 13. X. 8.

II.) Periodi initium eſt ad Interrogationem abſolutam a principio: illius autem extremum eſt in termino propoſitionum, quae cum Interrogatione conſtructae ſunt, ubi demum ſignum Interrogationis in verſionibus ſcribendum eſt. Tales periodi occurrunt: Gen. XV. 2. XVIII. 13. Jer. II. 17. III. 4. IV. 21. VII. 9. VIII. 5. 23.

α) Gen. XII. 19. XIX. 5. XX. 5. Exod. V. 2. XIV. 12. Lev. X. 17.

β) Gen. XII. 18. Exod. X. 7. XIV. 11. XVI. 7. 8. XVII. 3.

III.) Periodus terminatur cum Interrogatione abſoluta a fine, quando haec eſt membrum periodi, et a principio conſtructa eſt, aut ad Protaſin reſpicit: Exod. XVII. 7. Cohel. VI. 6. Pſalm. XI. 3. Prov. XXII. 27.

α) Exod. X. 3. Jeſ. L. 9. Jer. II. 24. VIII. 6. XXV. 29. XXX. 6.

β) Exod. III. 13. Jer. VIII. 9. XIII. 27. Ezech. XV. 4. XXIII. 25. 26.

IV.) Interrogationi, quae a fine conſtructa eſt, praemittitur Protaſis, vel eam a principio conſtructam excipit Apodoſis, ut illa in media periodo veniat: Jeſ. I. 12. XXXVI. 7. Ezech. XIII. 12. Mal. I. 8. β). 9. β). Pſalm. XLIV. 21. 22. LXXVI. 8. Job. XXIV. 25.

§. 453.

§. 453.

Corollarium. Duae pluresve Interrogationes, ſive abſolutae, ſive a fine conſtructae ſint, quando Particulas easdem in fronte gerunt, una periodo comprehendi poſſunt. Ita occurrunt

duae, Jeſ. XLII. 19. LXVI. 9. Jer. II. 18. VIII. 4 IX. 8. XXIII. 18. Ezech. XV. 3. Amos III. 4. 5. 6. Mich. VI. 7. Zach. I. 5. Pſalm. XV. 1. XLII. 10. LX. 11. Prov. VI. 9. Job. VIII. 3.
tres, Gen. XLIV. 16. α). Jud. XVIII. 3. β). Jer. XV. 5. XLIX. 19. β).
quatuor, Prov. XXX 4. α).
ſex, Prov. XXIII. 29.

Sed cum Particulis diverſis totidem periodos exhibent:

duae, Exod. IV. 11. Jeſ. LVII. 11. Jer. II. 14. VIII. 19. 22. IX. 11. XIV. 22. XXII. 15. XXIII. 24. XLIX. 1. Mich. II. 7. Mal. II. 10. Eſra IX. 14. Pſalm. CXIX. 84. Prov. XXX. 4. 10.
tres, Gen. XXIX. 25. β). Hagg. II. 3.
quatuor, Mich. I. 5. β).

§. 454.

Canon VII. Si poſt minorem accentum per Canones ſuperiores periodus incipit, multo magis poſt majorem. Ita multo magis poſt Atnachum periodi initium eſt ſtatuendum, quia poſt Sakephum periodus incipit:

Exod. IV. 3. 6. 7. 14. XIII. 13. XIV. 10. Lev. I. 9. 13. 2 Reg. VI. 32. Jer. II. 23. III. 2. IV. 30. V. 7. VIII. 14. XXIV. 3.

vel

vel quia poſt Segoltam periodi initium eſt, ubi quidem videndum, an ſit pro Atnacho ſcriptus per §. 151.

Gen. XVII. 20. Exod. XVIII. 22. XXIII. 15. Lev. I. 17. VII. 18. Jer. V. 3. XXVI. 19. Amos VI. 10. Dan. III. 15. VIII. 2. Job. II. 3.

Contra ea ſi poſt majorem accentum periodus non incipit, multo minus poſt minorem. Ita periodus eadem continuatur: Exod. XXVII. 1. poſt Sakephum et Rbhiam, v. 2. poſt Atnachum et Sakephum, (ſicut XXVIII. 14.) Lev. X. 16. poſt Sillucum et Atnachum, Ezech. XXI. 12. poſt Atnachum et Sakephum ante הִנֵּה, quia Protaſis eſt in hemiſtichio priori, Pſalm. LVI. 14. poſt Mercam Map. et Sarkam. Notentur autem loca in §. 139.

§. 455.

Canon VIII. Quando intra membra duo major accentus ſcriptus eſt, quam qui ex legibus Dichotomiae requirebatur, nonnunquam poſt eum libere atque commode periodi initium fieri poteſt. Nam

I.) ſi termini ſectionum non tranſpoſiti ſunt, ſed ſola emphaſis pauſa majori denotatur, illa nonnunquam ita exprimi poteſt, ut ex duobus membris, ſi quidem per Can. III. §. 448. licet, duae periodi fiant.

II.) Si termini ſectionum tranſpoſiti ſunt, ut extra ordinem accentus major inter propoſitiones aut membra, quae majori nexu cohaerent, appareat, nonnunquam, faciendo ini-

initium periodi poſt illum accentum majorem, diſtinctio ad analogiam reduci poteſt. Utriusque generis exempla poſtea ſuis in locis producentur. Conf. §. 465. 470. 478. num. 3. 529. c). 530. b). 531. 532.

§. 456.

Corollarium. Supereſt ut de periodorum et membrorum limitibus ambiguis nonnulla adjiciam. Nam primo intelligitur quidem plerumque ex propoſitionum et membrorum characteribus, ſpectentne ad Protaſin periodi, an ad Apodoſin. (§. 34.) Nonnunquam tamen hoc dubium eſt, praeſertim quando Particulae diverſa ſignificatione accipi poſſunt, vel quando interpretes in ea re diſſentiunt, ubi aut accentibus, aut aliis rationibus limites membrorum ſunt accuratius definiendi. Conf. interpretes v. g. ad Num. XXXII. 22. Devt. XXIV. 8. Jer. XVI. 10. Ezech. XIV. 9. Prov. VI. 1. 2. Job. XI. 13. XIX. 4. XXII. 23.

Deinde cum duo membra, Protaſis et Apodoſis, periodum perfectam efficiant, obſervandum hic eſt, nonnunquam Protaſin aut Apodoſin deficere, et ex orationis indole et connexione ſupplendam eſſe, id quod fere ex charactere membri literis expreſſi, qui alterum requirit membrum, cognoſcitur. Conf. v. g. Gen. III. 22. XXX. 27. Exod. XVI. 8. XXII. 22. 1 Sam. XII. 14. 2 Sam. V. 8. Dan. III. 15. 1 Par. IV. 10. 2 Par. II. 2.

CAPUT XV.

DE PROPOSITIONUM DISTINCTIONE.

Canon I. Propoſitiones duae in periodo vel ejus membro ſectione maxima disjungi ſolent. §. 457.

Schol. I. Eadem diſtinctio eſt duarum in Paſuco periodorum, 458.

Schol. II. Vel duorum periodi membrorum, 459.

Schol. III. Duo membra periodi ſaepius per duos pluresve Paſucos diſtrahuntur, 460.

Canon II. Propoſitiones CBA, ſi B et C majori nexu cohaerent, poſt A ſectione maxima diſtinguuntur, 461.

Schol. I. Eadem eſt diſtinctio trium in Paſuco periodorum, 462.

Schol. II. Vel trium periodi membrorum, 463.

Schol. III. Membrum A periodum exhibet, 464.

Schol. IV. Diſtinctio extraordinaria poſt B ad analogiam reducitur, ſi ad C fiat initium periodi, 465.

Canon III. Propoſitionum CBA, ubi A et B majori nexu cohaerent, ſectio maxima poſt B ſtatuitur, 466.

Schol. I. Eadem eſt diſtinctio trium periodorum, 467.

Schol. II. Vel trium periodi membrorum, 468.

Schol. III. Membrum C periodum exhibet, 469.

Schol. IV. Diſtinctio extraordinaria poſt A ad analogiam reducitur, ſi ad B fiat initium periodi, 470.

Schol. V. Quodſi A per B, et B per C deter-

terminatur, ſectio eſt arbitraria, 471.
Canon IV. Si propoſitiones B et C ſunt homogeneae, tum A per B et C ſeparatim determinatur, et ſectio prima ante C, et altera ante B incidit, 472.
Vel A per propoſ. B et C conjunctas determinari ſupponitur, ubi ſectio prima poſt A incidit, 473.
Schol. I. Ad B eſt ἀποδοτικὸν, 474.
Schol. II. Quomodo tres pluresve propoſitiones homogeneae ad A referantur, 475.
Schol. III. Nonnunquam homogenearum altera vel ad ſolam B, vel ad B et A conjunctas ſpectat, 476.
Canon V. Si propoſitiones A et B ſunt homogeneae, et illis C ſeparatim determinatur, ſectio prima poſt A, et ſecunda poſt B incidit, 477.
Corollarium. De diſtinctione trium pluriumvè propoſitionum homogenearum, 478. 479.

§. 457.

Canon I. Propoſitiones duae in periodo vel ejus membro ſectione maxima disjungi ſolent.

Hic Canon ex Theorem. I. §. 72. intelligitur, et exempla ubivis ſunt obvia. Notentur autem in ſingulis diſtinctionum formis, quae in hoc Capite proponuntur, Particulae et Conjunctiones, quibus membra cohaerent, ut eorum reſpectus diverſus et mutua determinatio, etiam diverſa periodorum genera recte cognoſcantur. Ita hic ad propoſitionem alteram omnis generis Conjunctiones occurrunt, v. g. כִּי, quod, α) Gen. I. 4. Eſth. III. 5. Pſalm. IV, 4. VII. 5.

כִּי, quia, Gen. XIII. 17. Jer. VI. 30. VII. 34. XI. 23. —

כֵּן, Gen. VI. 22. Jer. V. 27. VI. 7. Pſalm. XLII. 2.

לָכֵן, Jer. V. 2. Ezech. XXI. 9. XXII. 19.

כְּ, cum, *als*, Ezech. XXIII. 21. Pſalm. III. 1. LVI. 1. LVII. 1.

Particula abeſt, Gen. II. 12. 13. Amos III. 13. Pſ. III. 2. VI. 6. 8. 10.

§. 458.

Scholion I. Periodus in Codice Hebraico plerumque Paſuco continetur et circumſcribitur. Cum vero librorum ſacrorum auctores fere periodos breviores ament, ut quae dignitati rerum, quae ab illis tractantur, et linguae genio apprime conveniunt, ſaepius contingit, ut duae periodi, vel etiam plures, quae ſenſu conjunctae ſunt, uno Paſuco comprehendantur. Igitur quando Paſucus duabus conſtat periodis, illae ſectione maxima et accentu Atnacho eadem ratione ac duae propoſitiones diſcernuntur. Conf.

Gen. XIII. 9. 10. XIV. 20. XV. 5. XVI. 2. 4. 6. 8. 13. XVII. 14. 17. XVIII. 2. 5. 9. 10. 14. 15. 28-32. —

§. 459.

Scholion II. Quando Paſucus aut periodus tribus conſtat propoſitionibus, earum diſtinctio ad Canones reliquos pertinet. Quodſi

vero plures in periodo propoſitiones continentur, et duo membra periodi ſuis Particulis et Conjunctionibus ceu characteribus deſignata apparent, illa etiam tanquam duo dimidia ex Theorem. I. ſectione maxima disjuncta reperiuntur, ut, cum periodus Paſuco integro definitur, in confinio membrorum Atnachus veniat, vel ſi accentus alius periodum claudit, ſubdiſtinctivus in ejus ditione poteſtate maximus duo membra diſcernat. Poſtea autem membra periodi repetita ſectione diſtinguenda ſunt. Jam ad membrum alterum apparent Particulae, v. g.

- כִּי, quod, Jeſ. XLV. 23. Hoſ. V. 3. Cohel. VIII. 14. Dan. XII. 7.
- רַק, Gen. XIX. 8. Exod. VIII. 25. XXI. 19. Jeſ. IV. 1.
- כִּי, ſed, Exod. I. 19. IV. 1. XXIII. 24. Jeſ. X. 7. XXIII. 18.
- כֵּן, Jeſ. LIV. 9. LXI. 11. Jer. XXIV. 8. Ez. XXII. 20.
- כִּי, quia, Gen. II. 3. 5. XXI. 12. XLV. 5. Exod. XIV. 12.

Particula deficit, Geneſ. X. 25. XXIX. 19. XLV. 19. 28.

§. 460.

Scholion III. Duo membra periodi ſaepius per duos pluresve Paſucos diſtrahuntur, ut Sillucus Protaſin ab Apodoſi diſtinguat. Nec obſtat diſtinctionum proportioni, quod nonnunquam vel Protaſis vel Apodoſis duobus vel plu-

pluribus Paſucis contineatur, cum hoc fiat pronunciationis aut emphaſeos cauſa, quando membra ſunt diſtincte et cum attentione majori conſideranda. Exempla ſecundum Particulas, quae vel ad Protaſin vel ad Apodoſin ceu characteres periodi poſitae obſervantur, notanda ſunt. Ita occurrit ad Protaſin v. g.

אם, Exod. IX. 2. XXI. 5. XXII. 22. Lev. XIII. 53. XX. 4.

ב cum Infin. Devt. XXIX. 18. 1 Reg. VIII. 33. 35. Ezech. XXVI. 19.

יען, Jeſ. XXX. 12. Jer. VII. 13. XXIII. 38. Ezech. V. 7. XVI. 36.

כי, quum, Gen. XLVI. 33. Exod. XII. 26. XIII. 11. XXI. 33. XXII. 9.

ad Apodoſin, v. g.

אם, Gen. XIV. 23. Job. VIII. 4. XXVII. 4.

יען, Jer. XIX. 4. Ezech. XX. 16.

ל cum Infin. Exod. XXXI. 4. Eſth. I. 11. Pſ. XXVI. 7. CII. 21.

פן, Prov. V. 9. XXII. 25. XXV. 10.

§. 461.

Canon II. *Propoſitiones tres* CBA, *ſi* B *et* C *nexu majori cohaerent, poſt* A *ſectione maxima diſtinguuntur, per Theorema* II. §. 73. Ita in analyſi notetur accentus, quo periodus aut membrum illud majus obſignatur, cujus ditionis ſi prima ſectio poſt propoſitionem primam A incidit, hoc indicio eſt, propoſitiones B et C nexu majori eſſe conjunctas. Pronunciatio autem talis eſt, ut mora maxima cum aliqua

toni elevatione teneatur poſt A, propoſitiones autem B et C minori interjecta mora et eodem tono efferantur. Denique obſerventur Particulae, quibus duo haec membra cohaerent, v. g.

ו et, Gen. II. 8. III. 9. VII. 19. VIII. 12. 20. IX. 15.

גם, Gen. XXXVIII. 22. XL. 15. Exod. III. 9. Cohel. III. 11.

ו ſed, aber, Gen. XIII. 12. XVI. 1. Exod. XVI. 26. Devt. XVI. 8.

ו ſed, ſondern, Gen. XVII. 5. 2 Reg. XVII. 14. Hoſ. IX. 3.

כן, 1 Sam. XXVI. 24. Jer. XXXI. 28. XXXII. 42. Ezech. XX. 36.

כי, Gen. VI. 7. XXXII. 12. 29. 31. Exod. X. 1. Lev. XIV. 13. XX. 19.

ל ad Infin. Gen. III. 23. Exod. II. 4. Num. XV. 28. Devt. XV. 5.

פן, Exod. XXIII. 29. Devt. VI. 15. Mal. III. 24. Pſalm. L. 22.

ב ad Infin. Num. XXXII. 8. Ezech. XVI. 22. Pſalm. LIX. 1.

אם, Gen. XXXIV. 15. Jeſ. V. 9. Cant. II. 7. Pſalm. LIX. 16. β).

עד, Gen. XLI. 49. XLIX. 10. Exod. XXIII. 30. Jud. V. 7.

§. 462.

Scholion I. Tres in Paſuco periodi eodem modo diſtinguuntur, ut maxima ſectio poſt primam Atnacho notetur, quod indicio eſt, mediam

diam nexu majori cum ultima conjunctam eſſe, quas Sakephus diſcernit, ut

Gen. XXVII. 1. XXIX. 25. XXX. 31. XXXV. 10. XLII. 7. Exod. II. 20. III. 4. XIV. 10. XVI. 8. XVIII. 14. XXII. 26. —

§. 463.

Scholion II. In Paſuco plurium propoſitionum nonnunquam apparent tria membra CBA, quae eodem modo poſt A Atnacho diſtinguuntur, quando B magis ad C ſpectat, vel horum utrumque Apodoſin duorum membrorum comprehendit:

Exod. III. 18. Jeſ. LVIII. 13. Jer. V. 19. 21. VII. 13. Ezech. XII. 2. Nahum III. 17. Cohel. II. 3. IV. 1. Eſth. III. 4.

§. 464.

Scholion III. Ita tria membra CBA in Scholio II. una periodo continentur, ſi membrum A eſt Protaſis, aut alio modo cum B conſtruitur. Sed quando A cum B Particula vel conſtructione non cohaeret, in membro B autem poſt Atnachum Protaſis, aut in membro C Apodoſis manifeſto apparet, haec duo membra periodum perfectam efficiunt, et membrum A periodum diverſam exhibet. Conf.

Gen. IV. 8. V. 1. XIII. 10. XXXIII. 17. XLIII. 9. 32. Exod. VII. 6. XI. 1. XII. 28. XXVII. 8. Lev. XXIV. 20. Num. XI. 25. Jeſ. VIII. 21. XXVIII. 15. 18. LVII. 1. LIX. 19. Ezech. III. 9. XVI. 34.

§. 465.

Scholion IV. Quodſi B ſua natura vel ſenſu nexu majori cum C, quam cum A conjunctum eſſe, vel C + B ad A ſpectare videtur, ſectio tamen major poſt B accentibus deſignata apparet: haec dicenda eſt extraordinaria, quae ex Theorem. VII. §. 77. declarari poteſt, quod mox in §. 471. oſtenditur. Sed diſtinctio saepius etiam ad analogiam reduci poteſt, ſi membro C poſt Atnachum fiat initium periodi. §. 455. II. Talia ſunt loca

Gen. III. 14. XI. 10. XXXIV. 7. Exod. XII. 30. XIV. 27. XXIV. 4. Devt. IV. 31. 2 Sam. XII. 3. Jeſ. VI. 6. XLVI. 1. Jer. IX. 9. XVII. 13. XVIII. 23. XX. 11. XXII. 21. XXIII. 16. XXIV. 3. —

§. 466.

Canon III. *Propoſitionum trium* CBA, *ubi* A *et* B *majori nexu cohaerent, ſectio maxima poſt* B *ſtatuitur, per Theorema* III. §. 73. Intelligitur etiam, ſi plures propoſitiones homogeneae conjunctae ad ultimam ſpectant, hanc ab illis ſectione ſeparari. Jam in analyſi notetur accentus, quo periodus aut membrum illud majus obſignatur: cujus ditionis prima ſectio ſi poſt propoſitionem penultimam incidit, hoc indicio eſt, propoſitiones priores majori nexu eſſe conjunctas. Pronunciatio autem propoſitionum priorum uno ſpiritu et tono ad initium propoſitionis ultimae decurrit, ubi mora maxima cum aliqua toni elevatione tenenda eſt.

Ipſa

Ipſa membra variis Particulis ad propoſitionem ultimam cohaerent, ut

אַךְ, Pſalm. LXVIII. 7. LXXV. 9. Job. XIII. 15.

ו, aber, Gen. XV. 10. Exod. XIV. 8. XV. 19. XVI. 27.

ו, ſondern, Gen. XXXIII. 10. *α*) Jeſ. X. 20. LX. 19. Pſalm. CVI. 7.

כִּי, quod, *α*) Gen. XIII. 10. XX. 9. XLV. 5. ſed, ſondern, Hoſ. I. 6. Amos VII. 14. Dan. XI. 37.

quia, Gen. VI. 12. IX. 6. XXI. 7. 12. XLI. 57. XLII. 5. 23.

quum, Exod. XX. 25. Devt. IV. 29. XXVIII. 2. Pſalm. XLI. 12.

ל ad Infin. Geneſ. XXII. 10. Exod. VI. 13. XXVII. 20. Devt. IV. 20.

פֶּן, Geneſ. XI. 4. XLV. 11. Exod. V. 3. *β*) Num. XVI. 26.

ב ad Infin. Exod. V. 20. VII. 7. Lev. XXVI. 43. Pſ. CVI. 44.

עַד, Num. XIV. 33. Devt. II. 15. Jeſ. XXX. 17. Job. XIV. 6.

§. 467.

Scholion I. Tres periodi, quae uno Paſuco continentur, eodem modo diſtinguuntur, ut ſectio maxima ante ultimam Atnacho notetur, quia periodus media magis ad ſuperiorem quam ad poſteriorem ſpectare intelligitur: Gen. XXII. 7. XXIV. 65. XXX. 37. 46. Exod. IV. 3. 6. 7. 14. X. 7. XIII. 13. XV. 11. 25. XXIII. 15. Num. I. 50. XIII. 20. XXII. 37. XXIII. 3.

Jud. XV. 6. 11. 1 Sam. III. 5. 9. V. 8. — Cf. §. 151. num. 3.

§. 468.

Scholion II. In Paſuco plurium propoſitionum nonnunquam tria membra CBA apparent, quae ſectione maxima ante C diſtinguuntur, quia B magis ad A ſpectare ſupponitur, ubi ſaepius duo membra priora, quae ad C ut Apodoſin ſpectant, ipſa Protaſin et Apodoſin vel Protaſin duplicem comprehendunt. Conf.

Gen. XXVII. 30. Exod. VIII. 11. Num. XVII. 3. Jeſ. I. 15. V. 24. Jer. V. 1. 27. VIII. 6. XIV. 12. XX. 7. XXIV. 7.

Membrum autem C cum prioribus una periodo comprehendi poteſt, quamvis illa Protaſin et Apodoſin exhibeant:

1) ſi ו ad membrum C alio ac copulativo ſenſu exponendum eſt, videl. *ſed*, aber, Gen. XXIX. 31. XXXV. 18. XLII. 19. Exod. XII. 48. XXI. 2. Num. I. 51. *ut*, alſo daß, Exod. XXX. 12. Devt. XXVIII. 63. Ezech. XXII. 22. XXXVI. 38. XLIII. 11.

2) ſi membrum C, cum membro B. ſeparatim ad A determinandum referri poteſt, per Can. IV. §. 472.

3) ſi Conjunctio reſpectum mutuum membrorum A et B deſignans non ad A, ſed ad B poſita eſt, quia reſpectus datur membri C ad A, quod per B determinatum eſt, et C ad ſententiam perfectam et abſolutam adhuc requiri intelligitur, v. g.

Gen.

Gen. XXXIII. 18. XLVIII. 7. Lev. XXVI. 43. α) Jeſ. XLII. 4. Ezech. X. 19. α) XX. 41. XXIX. 16. XXXII. 10.

§. 469.

Scholion III. Nonnunquam tamen, quod ſeorſim hic obſervandum eſt, ſi B et A Apodoſin et Protaſin, vel Conſequens et Antecedens, cum Conjunctione ad A expreſſa, adeoque ſententiam perfectam abſolutamque exhibent: tum C, quod maxima ſectione disjunctum eſt, et Particula caret, aut copula ו, eaque non alio ac copulativo ſenſu, *et, tum, igitur*, accipienda, inſtructum eſt, periodum diverſum efficit. Ita ad membrum A eſt v. g.

- אם, Exod. IV. 9. XXI. 8. XXII. 2. Lev. V. 7. 11. VII. 18. XII. 8.
- כי, quum, Gen. IV. 12. Lev. II. 1. Devt. XXIV. 5. Zach. XIII. 3.
- ו, cum, als, Gen. II. 19. III. 6. XXV. 22. XLI. 21. L. 10. Exod. II. 15.
- ו, quum, wenn, Lev. XIII. 3. 13. 15. 25. 49. 55. Num. XXXII. 22.
- ב, cum, als, Eſth. II. 15. IX. 25. Dan. VIII. 18.
- ב, quum, wenn, Exod. IV. 21. XXX. 8. Lev. XIX. 23. XXIII. 22.

§. 470.

Scholion IV. Quodſi B ſua natura vel ſenſu nexu majori cum A, quam cum C conjunctum eſt, vel B + A ad C ſpectat, ſectio tamen major poſt A deſignata apparet, tum ſaepius

ſaepius membro B poſt Atnachum commode periodi initium ſtatui poteſt, ut diſtinctio ad analogiam reducatur. §. 455. II.

Conf. Gen. XII. 8. XXXV. 10. Exod. XIX. 18. 1 Sam. XXXI. 7. Jeſ. XXXIII. 23. LIV. 1. LXVI. 19. Jer. XXII. 20. XLII. 14. Ezech. IV. 3. Amos IV. 10. Nehem. II. 1.

§. 471.

Scholion V. Quando propoſitionum aut membrorum CBA talis eſt nexus et reſpectus, ut A per B et B per C determinetur, diſtinctio eſt arbitraria et ſtatuitur ad eam partem, quae ex intentione auctoris ſacri ſecundo loco acceſſiſſe ſupponitur, per Theorem. VII. §. 77. Atque ex eo ratio intelligi, et diſtinctio ad analogiam reduci poteſt, quando ſectio maxima ante C eſſe cernitur, quamvis B magis ad C, ſeu A ad C+B ſpectare videatur: ſi cogitetur, ex conſilio auctoris ſacri propoſitionem B, quae A determinat, una cum illa, ſ. B+A amplius per C determinari, vel propoſitionem A reſpectu arbitrario ad ſolam B referri, ubi fere cum B aliqua emphaſis conjuncta eſt. Cf. 2 Sam. XVI. 18. 1 Reg. XVIII. 28. 2 Reg. III. 14. XIX. 29. Ezech. XVI. 48. Amos IV. 2. Thren. I. 22. Cohel. III. 12. Dan. III. 18. IV. 23.

it. in hemiſtichio priori: Num. XVII. 5. Devt. IX. 6. XXVI. 18. Joſ. XIV. 7. 1 Reg. VII. 2. Jer. XL. 14. XLII. 14.

in hemiſt. altero: Num. IX. 8. 1 Sam. VI. 3. Jer. XXX. 11. Ezech. XXX. 25. Hab. II. 1. Dan. VI. 16.

Idem

Idem accidit, ubi propoſitiones CBA ex Canone IV. §. 472. in duo membra ante C diſtinctae ſunt, ut propoſitio, quae ab initio accedit, et revera ad membrum utrumque pertinet, ſolummodo ad membrum prius (h. e. ex Theor. VI. §. 76. *a* ad AV) referatur. Conf. Gen. III. 5. 2 Sam. XII. 8. β). Habac. II. 1. β). Cohel. V. 18. α). Exempla plura vid. in §. 509.

§. 472.

Canon IV. *Si propoſitiones* B *et* C *ſunt homogeneae,* (§. 28.) *tum plerumque* A *per* B *et* C *ſeparatim determinatur, et ſectio prima ante* C, *et altera minor ante* B *incidit: vel* A *per propoſitiones* B *et* C *conjunctas determinari ſupponitur, ubi ſectio prima poſt* A *deſignatur.* Nam propoſitionum homogenearum reſpectus eſt arbitrarius, ſicut conceptus homogenei ad Verbum finitum, vel conceptus compoſiti termini homogenei ad terminum primum mox conjuncti mox ſeparatim referri ſolent, quod ſupra in §. 417. 418. 409. demonſtratum eſt. Eadem eſt diſtinctionis ratio, ſi proportioni A, B aut C una atque altera propoſitio adhaeret, et tria membra apparent, ut quando duo membra Apodoſeos ad Protaſin vel conjuncta vel ſeparatim referri intelliguntur. Ita

I.) plerumque A per B et C ſeparatim determinatur, ubi propoſitiones B et C, mora minori poſt A interpoſita, diſtincte pronunciandae et conſiderandae exhibentur: membra ipſa etiam in analyſi definiuntur, ſi ab accentu membri A ad accentum proxime majorem continuo

pro-

progrediaris. (§. 377). In exemplis recenſendis reſpiciendum eſt ad Particulam propoſitionis ſ. membri B, quae eſt v. g.

אִם, 1 Sam. XXIV. 22. Jer. XXXVIII. 16. β).

בְּ, Exod. VII. 5. Num. XXVI. 10. Pſalm. XXVIII. 2. XXXIV. 1. XLVI. 3.

וְ, ut, vel quod, Gen. IX. 11. XXXI. 26. Lev. XIV. 40. Jeſ. XXIII. 17.

cum tamen, Gen. XV. 2. Jeſ. XXXVIII. 15. α) Pſalm. XLIV. 18.

ſed, ſondern, Jud. XI. 20. Jer. VII. 24.

aber, Jer. XIII. 16. β) XXV. 4. Job. XXVII. 17.

יַעַן, Jeſ. LXV. 12. LXVI. 4.

כִּי, quia, Gen. XI. 9. Exod. XL. 35. Lev. XXV. 23. Joſ. X. 2.

quod, Gen. III. 5. VI. 5. Exod. III. 11. Jeſ. XLI. 20. LX. 16.

quum, Gen. XXXVII. 26. β) Pſ. XLIX. 17. CII. 1. Job. XXVII. 8.

לְ, Gen. XL. 7. Exod. XXIII. 20. Devt. X. 8. 1 Reg. VIII. 32.

Huc referri poſſunt loca, ubi B Particula negante, et C Conjunctione disjunctiva, ſondern, inſtructa eſt, ut Num. XXIV. 1. Devt. XXIII. 25. 26. Joſ. XI. 20. Jeſ. LV. 11. Jer. LI. 62. Pſalm. LII. 9.

§. 473.

II.) In locis aliis A propoſitionibus aut membris B et C conjunctis determinari ſupponitur, ubi ſectio prima ante B, et altera minor ante C incidit, et loca ad Can. II. §. 461. per-

pertinent, quorum nonnulla recenſebo, notata Particula ad B, v. g.

אם, Jeſ. LXII. 8. Jer. XLIX. 20. Ezech. II. 7. α). Neh. XIII. 25. β).

ב, cum, vel quum, Exod. XVI. 3. α) Ezech. XVII. 17. α) Thren. II. 12.

כי, quia, Jeſ. LXV. 16. Joël. II. 11. α) Zeph. I. 7. Pſalm. CII. 14.

quod, 1 Sam. XXIV. 12. β) in dit. Sakephi, Jeſ. XL. 2. α).

quum, β) Jeſ. XXX. 21. Mich. V. 5.

ל, Devt. VIII. 6. XX. 4. 1 Reg. XV. 4. Jeſ. XXIII. 9. XXX. 2. XLIX. 6.

§. 474.

Scholion I. Hic ſeorſim notare placet loca, ubi, quando B et C ad A ſeparatim referuntur, ad B eſt ו ἀποδοτικὸν, quod quidem nonnunquam ſupplendum eſt, Particulae autem ad A diverſae occurrunt, v. g.

אם, Lev. VII. 16. XII. 5. XV. 24. XXV. 8. XXVII. 5. 6. 7. 18.

ב, quum, Lev. XIX. 9. XXIII. 22. α) Devt. XXVII. 4. Prov. XI. 7.

cum, als, Gen. XIX. 29. Dan. VIII. 17. α)

יען, Jer. XLVIII. 7. Amos V. 11.

כ, poſtquam, Joſ. III. 13. VI. 8. 1 Reg. XV. 21. XIX. 13. α).

כי, quum, Devt. XII. 21. 1 Par. XVII. 11. Pſalm. CIII. 16.

§. 475.

Scholion II. Quodſi in periodo vel ejus membro poſt propoſitionem A tres pluresve propoſitiones homogeneae ſe excipiunt, illae ad A vel omnes conjunctae, vel omnes ſeparatim, vel ita ut una atque altera uno membro cohaereant, referuntur. In analyſi autem diverſus ille propoſitionum aut membrorum ad A reſpectus cognoſcitur, ſi ab accentu propoſitionis A ad accentum proxime majorem continuo progrediaris. Ita

1) omnes conjunctae ad A ſpectant, et maxima membri diſtinctio poſt A ex Can. II. §. 461. notata eſt, ut
Gen. XLIII. 18. Devt. VI. 7. XXVI. 17. Jeſ. LI. 16. Jer. XVIII. 7.

2) Omnes ſeparatim ad A referri intelliguntur, videl.
Gen. XXXIV. 25. Exod. XVIII. 16. Lev. XIII. 10. Jud. XIII. 23. 1 Sam. IV. 2. V. 9. Cohel. VII. 25. Eſth. VIII. 11. Dan. V. 29. Eſra I. 3.

3) Una atque altera uno membro comprehenduntur, ubi ad B eſt v. g.
ו, ut, Jeſ. XL. 14. Jer. XVIII. 21. LI. 47. Joël. III. 1. Zach. IX. 15.
כִּי, quod, Joſ. II. 9. Jeſ. XLVIII. 4. Jer. III. 13. Prov. XXIII. 31.
לְ, Joſ. XXII. 5. Eſth. IV. 8. Dan. IX. 24. Eſra VII. 10.
פֶּן, Devt. XI. 16. Joſ. VI. 18. 2 Sam. XV. 14. β)

§. 476.

§. 476.

Scholion III. Quando C eandem ac B Particulam, videl. ל aut כִּי, eamque ſine copula ו oſtendit, ſaepius ex propoſitionum indole et nexu orationis intelligitur, C vel ad ſolam B ſpectare, ut

Exod. XXV. 27. Devt. XV. 16. 1 Sam. XXIII. 8. 2 Reg. XV. 19. Ezech. XVII. 8. Hoſ. IV. 1. Hab. II. 9.

vel ad B + A, et ex Can. III. §. 466. diſtingui, v. g.

Exod. XXXII. 25. Num. XVI. 9. Devt. II. 5. Jeſ. III. 10. Eſra IX. 8. it. α) Gen. XXIV. 63. Joſ. XXII. 29. 1 Sam. XIII. 6. XXII. 22.

§. 477.

Canon V. *Propoſitiones homogeneae* A *et* B *nonſolum conjunctae ad* C *referuntur, et ex Theor.* III. *diſtinguuntur, ſed etiam nonnunquam illis propoſitio aut membrum* C *ſeparatim determinatur, ut ſectio prima poſt* A, *et altera minor poſt* B *incidat, per Theorema* V. §. 75.

Hujus Canonis uſus eſt, quando Protaſis periodi, maxime conſecutivae et conditionalis, duobus pluribusve membris homogeneis conſtat, quae nonſolum conjuncta ad Apodoſin ex arbitrio auctoris ſacri ſpectare intelliguntur, et ſunt diſtincte et mora interpoſita pronuncianda. Nam

I.) in Paſuco uno prius membrum Protaſeos priori hemiſtichio, et membrum alterum priori dimidio hemiſtichii poſterioris compre-

henditur, ut Apodoſis in altero dimidio veniat. Conf.

Exod. XII. 41. XXII. 6. 13. Lev. III. 1. V. 1. 17. Devt. XXIV. 1. Jeſ. LIV. 1. Ezech. XIV. 7. XXI. 29. Amos IV. 10. Prov. XXX. 32.

II.) In Paſucis duobus prius membrum Protaſeos Paſuco priori, aut in pluribus priora membra prioribus, membrum autem ultimum Protaſeos hemiſtichio priori Paſuci ultimi, et altero hemiſtichio Apodoſis continetur:

Gen. XXVIII. 20. 21. XLIV. 30. 31. Lev. IV. 2. 3. 13. 14. 22. 23. 27. 28. XIII. 18. 19. 29. 30. 35. 36. XIV. 43. 44. XVII. 3. 4. 8. 9. Num. XXX. 4. 5. 7. 8. 11. 12. 20 - 22. Devt. VII. 1. 2. Jud. IX. 16 - 19. 1 Reg. X. 4. 5. XIII. 21. 22. Ezech. XVIII. 5 - 9. 14 - 17.

§. 478.

Corollarium. Propoſitiones tres aut plures homogeneae in aliquo orationis membro, quia ſe mutuo non determinant, non ex Theorematibus Capitis de Dichotomia, ſed aliis legibus et rationibus diſtinguuntur, ut, quae ſenſu vel alia ſimilitudine conveniunt, uno membro comprehendantur, vel ſi propoſitionum ſubjecta diverſa dantur, copulatis propoſitionibus cum ſubjecto eodem, ſectio inter ſubjecta diverſa incidat. Eadem eſt ratio propoſitionum homogenearum, quando earum aliquae adjunctam ſibi habent propoſitionem diverſam unam atque alteram, ut membra plura homogenea appareant. Hic vero nonnihil addendum

dendum eſt de reſolutione et interpretatione locorum, in quibus ſectio non inter diverſa, ſed inter eadem ſubjecta accentibus deſignata eſt. Nam hoc factum eſſe arbitror,

1) quia propoſitio ſubjecto diverſa ad ſolam vicinam ſpectat, et ו plerumque alio ac copulativo ſenſu exponi poteſt et debet, ſicut v. g.

Gen. XXXI. 27. ut dimitterem te — Ita ו ad propoſitionem cum ſubjecto diverſo per *ut* reddendum eſt: Exod. XXI. 22. α) in dit. Sakephi, XXII. 4. α) XXVI. 6. 11. β) XL. 13. Joſ. XXIV. 1. Jer. XX. 5. XXIII. 3. XXVII. 10. β) Ezech. XVI. 37. Jon. III. 9. Hagg. II. 22. Zach. X. 10.

Gen. XVIII. 8. dum comederunt,
XIX. 3. quas comederunt,
XXI. 20. dum adoleſcebat,
XL. 6. quod eſſent triſtes.
XLIV. 28. Cumque unus exiit —

Exod. XVII. 1. ubi non erat aqua —

2) Quia ad propoſitionem cum ſubjecto diverſo propoſitiones cum eodem ſubjecto ſeparatim referuntur, per Can. IV. §. 472. diſtinctae. Talia ſunt loca:

Gen. XXVII. 7. XLIII. 26. XLV. 21. Exod. V. 9. XXIV. 5. Lev. XXIII. 27. Ezech. XXVI. 4. XXXVI. 12. Eſth. II. 9. Neh. IX. 24. Pſ. LXVIII. 2. item α) Lev. XIX. 20. Num. XX. 16. Joſ. X. 32.

β) Exod. XXXII. 19. Jer. XVII. 27. Ezech. XXVIII. 14.

3) Quia ad ſectionem inter propoſitiones cum eodem ſubjecto periodi initium eſt ſtatuendum. (§. 455. II.) Conf.

Gen. XVI. 4. Cumque videret —
XXI. 19. Ideoque abiit —
XXII. 5. Cumque adoraverimus —
XXV. 34. Sic ſprevit —
Add. Gen. XXVII. 22. 27. XXXIX. 2. XLVII. 17. Exod. XVIII. 7. Lev. VI. 5. Num. XIX. 19. XXI. 3. 2 Sam. XI. 4. Eſth. IV. 16.

§. 479.

In medio Paſuco, quo quinque pluresve propoſitiones homogeneae comprehenduntur, commode periodus incipit, praeſertim cum duo membra ſenſu vel ſubjecto diverſa apparent, aut actus tempore diverſi deſignantur, ubi etiam nonnunquam in principio membri ſecundi abeſt Particula. Conf.

Gen. IV. 17. IX. 23. XVII. 16. XVIII. 2. XIX. 3. XXI. 14. XXII. 3. XXIV. 10. XXVI. 22. XXXI. 34. XLI. 14. XLII. 24. XLVI. 29. Exod. II. 5. 10. XVII. 12. Num. XI. 8. XXII. 23. Jud. IX. 27. 1 Sam. VII. 6. XVII. 20. Jeſ. II. 4. V. 2. —

Etiam intra pauciores propoſitiones homogeneas in termino ſectionis periodi initium fieri expedit:

1) Quando duo membra ſententia ſua admodum diverſa ſunt, vel actus tempore diverſos deſignant: vel quando uni vel alteri propoſitionum homogenearum propoſitiones duas

plures

pluresve diverſae adjunctae ſunt. Sic fieri exiſtimo duas periodos:

Gen. I. 2. 5. 7. 8. 12. 25. 31. II. 14. 21. III. 7. IV. 2. 4. VIII. 11. 13. XII. 4. XIV. 13. XIX. 33. 35. XX. 2. XXII. 19. XXIV. 16. 18. 29. 61. XXV. 11. 17. 21. 26. XXVI. 20. XXVII. 5. 14. XLI. 4. 7. 15. 21. 24. 45. 56. XLII. 6. 35. XLIII. 30. 34.

2) Quando in altero membro ſubjectum prioris denuo exprimitur, ne illud otioſe repeti videatur, v. g.

Gen. I. 4. 10. VIII. 1. XIX. 1. XXI. 1. XXII. 13. XXIII. 10. XXIV. 67. XXVII. 41. XXX. 22. XXXII. 1. XLI. 8. 46. XLII. 1. XLIII. 17. Exod. II. 24. IV. 20. IX. 23. XII. 23. XIX. 20. XX. 15. XXIV. 18. Lev. VIII. 21. Num. VII. 10. XXIII. 2. Jud. IX. 48. —

Nonnunquam tamen membrorum orationis indoles, maxime ex ratione §. 454. indicata hic duas periodos fieri non permittit, ut Gen. V. 32. VI. 9. 11. XXX. 1. Exod. II. 25. XVII. 3. α) Num. XXII. 23. α) XXXV. 27. Jud. XI. 20. 1 Sam. XXIX. 4. 2 Sam. V. 20. in dit. Segoltae, 2 Reg. XVI. 9.

3) Quando in altero membro phraſis vel conceptus ex priori repetitur, ut evitetur tautologiae incommodum:

Gen. XIX. 20. XXI. 16. XXIII. 11. Exod. XII. 42. XIX. 2. XXVIII. 38. XXIX. 28. XXX. 10. Jud. III. 12. Jeſ. LIII. 7. Jer. XXXIV. 10. XLI. 10. XLII. 11. Ezech. II. 6. XLIV. 2. Hoſ. XI. 10. Zach. XI. 7. Dan. X. 8.

CAPUT XVI.

DE PROPOSITIONIBUS COMPOSITIS.

Genus primum, ubi duo vel plura Verba finita diverſa ad unum conceptum vel ad plures referuntur, §. 480.
Forma I. cum pars communis poſt Verba finita extat:
1) poſt duo Verba, 481. Notantur exempla ambigua, 482.
2) poſt tria vel plura Verba finita, 483. Duo pluresve conceptus communes, 484.
Forma II. cum conceptus communis ante Verba apparet:
1) ante duo Verba, 485. Notantur exempla diſtinctionis arbitrariae, 486.
2) ante tria Verba, 487.
Forma III. cum pars communis tum ante tum poſt duo vel plura Verba finita extat, 488.
Genus alterum, ubi duae pluresve conceptuum diverſorum ſeries ad unum Verbum eodem reſpectu pertinent:
ubi 1) duae ſeries poſt Verbum, et eodem conceptuum reſpondentium ordine extant, 489.
2) conceptus eorumque ſeries diverſo ordine collocantur, 490.
3) tres aut quatuor conceptuum diverſorum ſeries occurrunt, 491.

§. 480.

Propoſitiones compoſitae (§. 21.) in duo genera diſtribui poſſunt. Primum genus eſt propoſitionum earum, in quibus duo vel plura Verba finita diverſa ad unum conceptum au

ad unam conceptuum ſeriem eodem reſpectu referuntur. Nam Verba eadem repetita, quae pro uno conceptu ſtatim habentur, propoſitionem ſimplicem efficiunt, v. g. Jud. V. 12. Jeſ. XXI. 9. XL. 1. Hic autem formae tres diverſae ſe offerunt, quandoquidem pars communis vel poſt Verba finita, vel ante illa, vel ad utrumque terminum conſiſtit.

§. 481.

Et primo quidem pars communis poſt duo vel plura Verba finita poſita reperitur, quae vel uno conceptu ſimplici aut compoſito, vel duobus aut pluribus conceptibus diverſis conſtat. Quodſi conceptus unus ſimplex aut compoſitus ad duo Verba finita eodem reſpectu pertinet, ſectio prima ante hunc conceptum per Theor. III. §. 73. incidit, quia hic duo dimidia apparent, quorum prius altero determinatur. Prius dimidium iterum in partes duas abit, quando duo Verba cum conceptibus ſuis ſectione ſecunda ſeparantur, ut membra tria propoſitionis compoſitae exiſtant. (§. 372.) Conf.

α) Gen. XXI. 26. XXV. 16. Exod. X. 23. XXX. 15. Devt. XVI. 7. Joſ. XXIV. 14. 1 Reg. I. 49. Jeſ. III. 26. XI. 9. XIV. 7.

β) Gen. VIII. 17. XII. 9. Exod. I. 20. XIII. 7. XVI. 29. Lev. VI. 21. IX. 15. XVI. 19. 29. XIX. 11. Num. XIV. 45. XVII. 24.

§. 482.

Exempla nonnulla propoſitionum, quae primo adſpectu compoſitae videntur, ubi vero conceptus, qui ſectione ſeparatur, non aeque Verbo priori ac quidem alteri congruit, referuntur potius ad propoſitiones coaleſcentes:

Exod. XVI. 1. Lev. XIII. 12. Num. I. 18. Jeſ. XIII. 13.
α) Joſ. VII. 6. 1 Sam. XII. 24. Hoſ. IV. 3.
β) Exod. XII. 19. Devt. XXV. 2. Jeſ. X. 17. Jon. III. 5.

vel membrum B eſt parentheſis, quia conceptus accentibus disjunctus non tam ad hoc, quam potius ad membrum A ſpectare intelligitur, ut

Exod. XXXIV. 24. β) poſt Sakephum priorem, Devt. V. 26. α) 2 Reg. X. 17. poſt Sakephum primum.

Ceterum diſtinctionis ratio in §. 481. expoſita adeo certa eſt et definita, ut, quando conceptus aliquis ad duo Verba ſuperiora eodem reſpectu referri poteſt, ſed prima ſectio non ante conceptum illum, ſed inter Verba finita apparet, non ſit propoſitio compoſita, ſed duae diverſae propoſitiones, quarum prior eſt fere cum emphaſi:

α) Jeſ. XXXVII. 37. LI. 1. in dit. Sakephi, Jon. III. 9.
β) Jer. VI. 27. VII. 29. Ezech. XXII. 20.

§. 483.

§. 483.

Nonnunquam conceptus communis ad tria Verba ſuperiora eodem reſpectu pertinet, ubi ſectio prima eſt etiam ante partem communem. Deinde tria Verba, quae cum ſuis conceptibus tria membra minora efficiunt, tanquam conceptus homogenei ſec. §. 413. diſtinguuntur. Conf.

Devt. IX. 18. Jud. XX. 43. 2 Sam. I. 12. Jer. XXIII. 9. XXV. 16.

α) Gen. XXXV. 29. Devt. XIII. 5. 2 Reg. XIII. 23. Jeſ. XLV. 20. LII. 2.

β) 1 Sam. XXX. 16. 2 Sam. XIX. 24. Jeſ. LII. 13. Jer. XX. 6.

Conceptus communis ad quatuor Verba pertinet: Devt. XX. 3. β) 2 Reg. XV. 30.

imo ad quinque: Jer. XXV. 27. poſt Rbhiam.

§. 484.

Quodſi duo pluresve conceptus diverſi vel homogenei diſtracti (§. 418.) ad duo vel plura Verba finita aeque pertinent, illa cum ſuis conceptibus pro uno conceptu determinando V habentur, qui conceptibus illis communibus ſeparatim determinatur, unde ſectio ex Can. II. §. 381. inſtituitur, ut prima ſectio ante conceptum ultimum, ſecunda ante penultimum, et ſic deinceps veniat. Tales propoſitiones occurrunt

Gen. XLV. 10. Devt. XXX. 2. 1 Reg. XIV. 18. 2 Reg. XVI. 4. Jeſ. XXX. 30. Ez. XVI. 36.

 α) Joſ.

α) Joſ. X. 5. Jud. X. 8. Jeſ. LII. 9. Jer. LII. 27. Mich. IV. 10.

β) Gen. XLIX. 9. Num. XXVII. 21. Devt. XXVI. 16. XXVIII. 20.

§. 485.

Forma ſecunda eſt, ubi conceptus communis ante duo vel plura Verba finita poſitus eſt, et illa eodem modo determinat, adeoque duas pluresve propoſitiones homogeneas in unam compoſitam compingit. Sectio prima poſt conceptum communem per Theor. II. §. 73. incidit, et deinde Verba cum ſuis conceptibus ut conceptus homogenei ſectione ſecunda diſtinguuntur, ut ſic tria membra propoſitionis compoſitae definiantur. Conf.

Lev. XXI. 10. Devt. XXX. 11. Dan. I. 1. III. 14. Eſra III. 8. V. 14.

α) Devt. XIII. 12. XVII. 13. XIX. 20. XX. 20. XXIII. 24. Joſ. VI. 13. Jud. IX. 44. 1 Sam. XV. 29. Jer. X. 8. XIV. 5. Ezech. VI. 6. IX. 10.

β) Devt. XXI. 21. Joſ. IX. 5. Jud. XVIII. 22. 1 Reg. III. 3. XX. 6. Jeſ. XVI. 8. XIX. 5. Jer. IX. 9. XVIII. 16. L. 3. 16.

Conceptus communis eſt Particula, v. g.

Gen. L. 5. Exod. V. 18. 1 Sam. XX. 3. XXIV. 12. 2 Reg. XXII. 19. Jeſ. XLIV. 8. Ezech. XXXVI. 3. Eſra IV. 14.

vel eſt Vocativus:

Jud. V. 4. 1 Sam. I. 8. Jeſ. LIV. 11. Jer. LI. 50. Ezech. II. 6. XX. 3. XXI. 19. Habac. III. 2. Cant. II. 14. Dan. III. 26. IV. 16. IX. 15.

§. 486.

§. 486.

Hic quando conceptus duo vel plura Verba determinans eſt Nominativus, diſtinctio eſt arbitraria, ubi ex accentibus et pronunciatione cognoſcitur, illum ſaepius ad Verbum alterum in diſtincta propoſitione in mente eſſe repetendum, v. g.

α) Jeſ. XXIV. 1. Pſalm. CXIX. 163.

β) Devt. XX. 11. Jeſ. XLV. 19. Dan. II. 35.

Nam alibi Nominativus ad Verba omnia ſec. §. 485. accentibus refertur, v. g. Gen. IX. 7. XXIV. 40. β).

Lev. XXI. 10. Devt. XXX. 11. 2 Sam. II. 8.

vel etiam libere ad duo Verba, ubi ad omnia referri poterat, ut Jeſ. XLIII. 12. Jer. XXII. 15. β).

α) Jeſ. LVII. 17. Ez. XVII. 24. Eſth. IX. 16.

Sed quando conceptus communis eſt in Accuſativo aut in alio Caſu, ordinaria ſectione diſtinctio ante duo Verba venit. Sunt autem loca ſingularia et emphatica, in quibus ſectio intra duo Verba apparet, ubi tonus non ad illum conceptum, ſed ad Verbum prius intenditur, fiuntque duae propoſitiones, v. g.

α) Jeſ. XXXVII. 23. in dit. Sakephi, (coll. LVII. 11.) Cohel. VI. 5.

β) Gen. VII. 11. 2 Sam. XXII. 43. Jer. XIII. 22.

§. 487.

Nonnunquam conceptus primus ad tria Verba eodem reſpectu pertinet, et ab his maxima ſectione disjungitur:

Lev. XV. 5. Eſra IV. 12. VI. 5.
α) Gen. XIX. 2. in dit. Sakephi, Jud. V. 27.
β) 2 Reg. XIX. 29. Jeſ. XIX. 7. Dan. V. 7.

vel etiam ad quatuor Verba refertur, Jeſ. XLV. 14. α). Notentur adhuc loca nonnulla, in quibus conceptus duo diverſi ad duo Verba ſec. §. 384. ſeparatim referuntur:

Jeſ. XXIII. 12. β). Ezech. III. 10. Dan. II. 12. α).

§. 488.

Forma tertia, quam in §. 480. poſui, illa eſt, quando pars communis ad utrumque terminum, tum ante tum poſt illa Verba apparet. Hic autem diſtinctionis ratio ex Can. IV. Cap. XI. facile intelligitur, ſi duo illa vel plura Verba finita cum ſuis conceptibus propriis una idea, ac ſi unum Verbum eſſet, comprehendantur. Sic diſtinguuntur et reſolvuntur ejusmodi loca

1) ex §. 386. ubi conceptus primus ad ſola Verba ſpectat:

Gen. XXXIV. 29. Jeſ. XXV. 12. XLV. 25. Ezech. I. 14. XVII. 2.
α) Exod. I. 7. Devt. XII. 15. Jeſ. LI. 20. LXIII. 10. Jer. LI. 64.
β) 1 Sam. XIX. 10. 2 Reg. XII. 4. Jeſ. XLV. 24. Neh. IX. 3.

2) ex §. 387. ubi conceptus primus usque ad unum conceptum communem poſt Verba finita refertur, v. g.

α) Jeſ.

α) Jeſ. XXVI. 17. XXXVIII. 12. Jer. L. 9. Cohel. X. 1. 2 Par. VII. 16.

β) Gen. XXVIII. 12. 1 Sam. VI. 15. Jer. XIX. 8. L. 13. Jon. I. 13.

3) ex §. 390. ubi duo conceptus diverſi Verbis praemittuntur:

Ezech. XXXII. 28. Cohel. I. 16. *α*) poſt Sakephum.

β) in dit. Sakephi, Dan. II. 40. 1 Par. XIX. 3.

§. 489.

Progredior ad genus alterum propoſitionum compoſitarum, in quibus duae, nonnunquam etiam plures conceptuum diverſorum ſeries ad unum Verbum finitum eodem reſpectu *ſeparatim* referuntur, ita quidem, ut conceptus bini poſteriores uno conceptu jungantur. Nam quando ſeries *conjunctae* ad Verbum ſpectant, ut ſectio prima ante conceptuum ſeries incidat, ubi etiam conceptus bini priores conjuncti apparent, propoſitio eſt ſimplex, v. g.

α) Gen. XLVIII. 13. Lev. XV. 15. 1 Reg. VII. 39. Joël. II. 20.

β) Exod. XVII. 12. in dit. Sakephi, Num. VIII. 12. Jer. XXXVI. 30.

In hoc autem propoſitionum compoſitarum genere, ſi ad ſeriem alteram Verbum in mente repetitur, duae propoſitiones fiunt, ubi diſtinctio conceptuum ad Can. I. et II. Cap. XI. inſtituitur: Cum vero non commodum ſit, Verbum toties repeti, praeſertim ad tres conceptuum ſeries, neque id fieri poſſit, quando con-

conceptus alius diverſus in extremo propoſitionis additur: malim ſtatuere conceptuum diverſorum in ſeriebus poſterioribus conjunctionem, qui uno conceptu cum aliis in propoſitione conceptibus ad Verbum ſuperius referuntur, et ex §. 381. diſtinguuntur, v. g.

Gen. XXVIII. 20. et dederit mihi | panem || ad edendum ||| et veſtes ad induendum.

Tales propoſitionum formae in Codice Hebraico frequenter admodum occurrunt, v. g.

Exod. XXVI. 10. Lev. XVI. 5. XXIII. 19. Num. III. 41. XXIV. 5. Jeſ. IV. 6. IX. 15. XIII. 12. XXIV. 21. XXX. 3. LX. 3. LXII. 3. Jer. XXV. 35 LI. 4.

α) Gen. XXXI. 41. poſt Segoltam, XLIX. 10. 11. Exod. XIII. 16. XXV. 19. XXVI. 9. 35. Num. III. 45. Jeſ. I. 3. 26. 31. V. 20. X. 17. XIII. 11. 22.

β) Gen. XXIV 47. XXX. 42. XLIX. 11. Exod. XXII. 23. Lev. IX. 3. XIV. 22. XXVI. 19. Num. V. 21. Devt. XI. 29. Jeſ. III. 5. V. 20. XL. 4. —

Nonnunquam poſt illas conceptuum ſeries venit alius in propoſitione conceptus, qui majori ſectione disjungitur:

Exod. XIII. 22. Lev. XXIV. 6. Ezech. XLI. 4.

α) 2 Par. VI. 40. VII. 15.

β) Num. XXI. 29. 2 Reg. VII. 16. Cant. V. 5. 2 Par. XXXV. 10.

Ad hoc genus propoſitionum compoſitarum illae referri poſſunt, ubi quidem conceptus diverſi in ſerie altera conjunguntur, ſed ad ſeriem

riem priorem conceptus relatus alter deficit. Conf. Thren. III. 18. 39. Pſalm. XXXV. 28. CIII. 6. CIV. 23. CV. 31. Job. V. 25. VII. 15. XIII. 17.

§. 490.

In locis in paragrapho ſuperiori citatis aliisque ſimilibus utraque ſeries conceptuum poſt Verbum extat, et conceptus reſpondentes in unaquaque ſerie eodem ordine collocantur. Sed inveniuntur propoſitiones, in quibus conceptus eorumque ſeries alio et diverſo ordine ponuntur, quae non minus ad hoc genus propoſitionum compoſitarum pertinent, quia conceptus in ſerie altera uno conceptu ad Verbum referuntur. Sic

1) Verbum in media ſerie priori poſitum eſt, et conceptus ejus prior ante Verbum ex Can. IV. Cap. XI. diſtinguitur.

Conf. Gen. VII. 2. Jud. V. 5. Jeſ. I. 27. III. 25. XXIV. 15. Hoſ. VII. 3.

α) Jud. V. 26. Jeſ. L. 6. LIX. 3. LX. 2. 22. Joël. III. 4.

β) Gen. IV. 23. Exod. XXI. 37. Joſ. X. 12. Jud. V. 14. Jer. IV. 20.

2) Conceptus ſeriei poſterioris ordine inverſo collocantur, quamvis utraque ſeries poſt Verbum extet:

Amos V. 24. Pſalm. II. 8. XC. 16. CII. 22. CV. 10. 27. 43.

3) Duo conceptus ſeriei prioris ante Verbum apparent, et ex §. 390. diſtinguuntur:

Joel.

Joel. IV. 20. Thren. V. 11. 14. Pſ. XXXIII. 6. 11.
β) Jeſ. XLII. 8. LI. 8. LXIV. 9. Mich. III. 12.

4) Verbum finitum poſt utramque conceptuum ſeriem vel in media ſerie altera locum ſuum tenet, ubi conceptus diverſi ſeriei prioris ad Verbum conjuncti referuntur: Exod. XII. 16. α) XL. 38. Zach. IX. 17. β) Pſ. LXX. 2.

§. 491.

In propoſitione compoſita, quae oſtendit tres aut quatuor conceptuum diverſorum ſeries, conceptus ſeriei primae ſeparatim, at ſerierum poſteriorum conjuncti uno conceptu ad Verbum finitum ſpectant: et ipſae ſeries poſteriores tanquam conceptus homogenei vel ſingulae ſeparatim ad Verbum referuntur:

Gen. XIV. 5. poſt Sakephum primum, XXXIII. 2. Num. VI. 14. Jeſ. LIV. 12. Ezech. XVI. 12. Cant. III. 10. VI. 4. Eſra VIII. 26.
α) Gen. I. 25. Num. XXVIII. 14. Jeſ. LXI. 3. Jer. XVIII. 18. Pſ. XXXI. 12.
β) Gen. XLV. 8. Dan. I. 7.

vel una ſeries alteri nonnunquam uno conceptu jungitur:

2 Sam. X. 6. Jeſ. III. 24. α) XXIV. 2. Amos IX. 7. β).
1 Par. XXI. 23. β). XXIX. 2. α).

CAPUT

CAPUT XVII.
DE PROPOSITIONIBUS COALESCENTIBUS.

De his in genere, §. 492.
Genus primum, ubi ſectio eſt intra propoſitionem poſteriorem, 493. et ſpectat prior ad poſterioris dimidium primum; 494. ſecundum, 495. tertium, 496.
De conceptu, qui ante Verbum prius extat, et
1) ad ſolum prius Verbum determinandum pertinet, 497.
2) ad Verbum utrumque referri poteſt, 498.
Ita propoſitio ab initio accedens reſpicit nonſolum ad utramque propoſitionum coaleſcentium, ſed etiam
1) ad coaleſcentium priorem dimidiam, 499.
2) ad coaleſcentium priorem integram, 500.
3) eodem reſpectu gaudet cum priori, 501.
4) ad ſectionem uno gradu majorem reſpicit, 502.
Genus ſecundum, ubi ſectio eſt intra propoſ. priorem,
1) ante Verbum finitum, 503. 504. et ſectio ſecunda eſt in confinio propoſitionum,
ſed nonnunquam intra propoſ. alteram, 505.
Conceptus primus eſt Particula aut Vocativus, 506.
2) poſt Verbum finitum, 507.

§. 492.

Propoſitiones duae vicinae ex Can. I. §. 457. in loco contermino maxima ſectione diſtinguuntur, id quod exemplis abunde com-

 pro-

probatur. Attamen ſaepius maxima ſectio intra propoſitionem poſteriorem vel priorem incidit, adeoque duae propoſitiones arctiori nexu junguntur, imo in unam coaleſcunt. Atque hujus rei fere tres cauſae reperiuntur: tum ut membrorum nimia inaequalitas evitetur, quando propoſitionum altera uno vel paucis vocabulis conſtat: tum ut emphaſis cum membro poſteriori vel priori propoſitionis, intra quam ſectio ſtatuitur, conjuncta denotetur: tum ut Verba finita, quae actiones ratione temporis arctius connexas deſignant, pronunciatione et meditatione conjungantur, et animus audientis vel legentis ad membrum primarium, quod ſectione disjunctum eſt, conſiderandum deflectatur. Ceterum propoſitiones coaleſcentes ſunt revera duae propoſitiones, et in translationibus in alias linguas ut tales exhibentur.

§. 493.

Igitur genus primum propoſitionum coaleſcentium illud eſt, ubi ſectionis maximae terminus intra propoſitionem poſteriorem accentibus deſignatur, adeoque propoſitio prior non ad eam integram, ſed modo ad partem ejus reſpicit, videlicet ad dimidium primum, ſecundum vel tertium, ſecundum §. 374. 376. et Theorema VI. §. 76. Sic in analyſi ex accentu propoſitionis prioris cognoſcitur, quousque reſpiciat, ſi ad accentum proxime majorem, qui propoſitionis poſterioris dimidium primum vel ſecundum vel tertium diſtinguit, progrediaris.

diaris. Denique cum alibi propoſitiones vicinae tono et mora interjecta diſcernantur, hic propoſitionis prioris tonus cum mora usque ad extremum dimidii, ad quod reſpectus ſe extendit, promovetur.

§. 494.

I.) Propoſitio prior ad poſterioris dimidium primum reſpicit, ubi juvat notari propoſ. poſterioris nexum diverſum Grammaticum; quae eſt v. g.

1) cum ו copula, quae ſaepius per *ut* reddenda eſt:
 Gen. XIV. 5. XXIII. 7. XXIV. 28. Exod. XII. 7. XVI. 1. XVIII. 25. XXV. 40. Lev. XIII. 12. 53. XIV. 4. 5. Num. V. 2. XIII. 21. —

2) cum Infinitivo, qui Verbo finito exponendus eſt, (§. 396.)
 per ל, Exod. VI. 4. Cohel. II. 20. Eſth. IX. 21. 27. Dan. IX. 3.
 per ב, Jer. XXVII. 20. Ezech. XX. 42. 44. 1 Par. V. 41.
 per מ, α) Gen. XIV. 7. Jeſ. XLIX. 6. LIV. 9. Jer. XXXIII. 26.

3) cum כי, quod, Gen. XXVIII. 8. Exod. III. 19. IV. 5. Jer. XLII. 22.
 α) Num. XIV. 14. 2 Sam. X. 9. 1 Reg. V. 17. XX. 31. Jeſ. XVI. 12.

4) cum ו conſecutivo, Gen. XIX. 4. XXIV. 22. XXVI. 34. Exod. XL. 36. Lev. V. 7. XII. 6. Num. V. 8. XIV. 8.

5) cum אם, poſt formulam jurandi, Num. XIV. 28. 1 Reg. XVII. 1. Ezech. XVII. 16. 19. XXXIII. 11.

Scholion. Hic nonnunquam ad membrum ultimum Verbum proxime antecedens repeti, aut Verbum Subſtantivum ſuppleri poteſt, ut ſic fiant tres diverſae propoſitiones, ut Gen. XI. 10. XIV. 7. XXXI. 39. Exod. IX. 22. XV. 11. XXIV. 4. Lev. XXVII. 5. 6. 1 Sam. XVIII. 4 Jeſ. XIX. 17. Jer. XLVI. 9.

§. 495.

II.) Propoſitio prior ad poſterioris dimidium ſecundum refertur, ubi propoſitio altera eſt v. g.

1) cum ו copula, Exod. XIV. 9. 23. Num. IV. 9. Devt. I. 7. III. 25. 1 Sam. XII. 7. 1 Reg. V. 31. Jer. XLIII. 9. Mal. III. 18.

2) cum Infinitivo per ל, Devt. XXVIII. 69. 1 Reg. IX. 15.

α) Lev. VII. 36. Devt. XXVI. 16. 2 Sam. X. 2. Dan. III. 2. Eſra X. 3.

3) cum כִּי, quod, Jer. II. 19. Pſalm. CXVI. 1. Eſra VII. 24. דִּי.

4) cum ו conſecutivo, 1 Reg. XXII. 38. Eſth. I. 5. Pſ. CV. 31. 34.

§. 496.

III.) Propoſitio prior ad poſterioris dimidium tertium refertur, ubi propoſitio altera eſt

1) cum ו copula, Jeſ. VII. 19. Cant. III. 11.

α) Gen. XXI. 2. Exod. VII. 19. Joſ. XXII. 9.

β) 2 Reg

β) 2 Reg. V. 5. Zach. XIV. 10.

2) cum כִּי quod, Gen. XV. 13. propoſ. altera eſt compoſita.

3) ſine Particula, 1 Reg. XVIII. 19. Neh. III. 20. 2 Reg. XXII. 13. α).

β) Joſ. I. 2. Cant. II. 17.

§. 497.

Cognito propoſitionis prioris reſpectu, conceptus illius ſecundum Canones Cap. XI. diſtinguuntur. Attamen de diſtinctione conceptus, qui ante Verbum prius apparet, aliqua diverſitas eſt obſervanda. (§. 378. num. 3.) Nam 1) ſi conceptus ille ad ſolum Verbum prius pertinet, a) quando caret emphaſi, non ultra propoſitionem priorem accentibus refertur, et ex Can. IV. Cap. XI. diſtinguitur, v. g.

Gen. XIV. 5. Lev. XIII. 12. 53. Num. XXX. 7. 2 Sam. XIX. 5.

b) ſimul ad partem propoſitionis poſterioris ſpectat, ex quo intelligitur, illum eſſe cum emphaſi conjunctum, v. g.

Pſalm. CXIX. 62. Dan. II. 14. β).

α) Devt. XXVI. 16. Jer. II. 10. Eſra VII. 25.

c) a propoſitione coaleſcente integra ſectione disjungitur, quae loca ad §. 506. pertinent.

§. 498.

2) Si conceptus primus ad Verbum utrumque pertinet, a) quando caret emphaſi, idem illius reſpectus eſt, ac propoſitionis prioris, ubi fere eſt Particula:

1 Sam. XII. 7. Neh. XIII. 23.

α) Deut. II. 13. 1 Sam. XII. 16. Ezech. XXI. 33. Dan. III. 2.

β) Gen. XXXI. 44. XLII. 19. Joſ. I. 2. VII. 7. Joël. IV. 12.

b) uno gradu longius reſpicit ac propoſitio prior, quia cum emphaſi conjunctus eſt

α) Exod. IX. 19. Jer. LII. 7. in dit. Sakephi poſt Rbhiam.

β) Num. XIV. 25. 2 Reg. IX. 26.

c) ſpectat ad propoſ. coaleſcentem integram, v. g.

Exod. XXX. 10. Jeſ. II. 5. Jer. XXII. 23. Dan. III. 10.

α) Exod. V. 11. in dit. Sak. Ezech. XLII. 13. Eſra V. 16.

Quae loca differunt a locis in §. 505. citatis.

§. 499.

Ita etiam propoſitio, quae propoſ. coaleſcentibus praemittitur, variis modis diſtingui ſolet. Nam propoſitiones coaleſcentes reſpectu reliquarum in periodo pro una habentur propoſitione, quae plerumque integra a propoſitionibus vicinis ſecundum Canones Cap. XV. diſtinguitur. At ſaepius propoſitio prior non ad coaleſcentium membrum integrum, ſed modo ad illius partem accentibus refertur, cujus diſtinctionis ratio ex Theor. VI. §. 76. et analyſis ex §. 378. intelligitur. Sic

1) propoſitio prima ad propoſitionum coaleſcentium priorem dimidiam reſpicit, adeoque

que propoſitiones tres continuo coaleſcunt, ut ויאמר 2 Sam. XIX. 6.

§. 500.

2) Propoſitio prima ſpectat ad coaleſcentium priorem, ut duae propoſitiones conjunctae cum tertia coaleſcant:

Exod. III. 8. Devt. I. 7. 1 Reg. IX. 15. XV. 20. Ezech. XVII. 19. XX. 42. 44. Ruth IV. 9. Eſth. IX. 27. Eſra VIII. 29.

α) Exod. XXII. 5. Joſ. III. 1. 1 Sam. XVI. 12. XVII. 52. Jeſ. XVI. 12.

Sic tres pluresve propoſitiones, quae deinde ex Cap. XV. diſtinguuntur, cum quarta conjunctae coaleſcunt:

Gen. XLIX. 29. Joſ. XXII. 29. 1 Sam. XVIII. 6. Jeſ. VII. 4.

§. 501.

3) Propoſitio prima eodem reſpectu gaudet cum coaleſcentium priori, ſicut pars *b* in Theor. VI. §. 76. quia notata eſt ſubdiſtinctivo majori ejusdem claſſis, v. g.

Gen. XXII. 4. Exod. VIII. 21. Lev. VIII. 23. IX. 17. 2 Sam. VIII. 13.

α) Gen. XXI. 13. 1 Reg. XXII. 22. Hoſ. III. 1. Zach. VII. 12. Dan. II. 47.

β) Gen. XXXI. 29. Jud. XX. 32. 2 Sam. XIV. 22. XVIII. 29.

Add. Ezech. XXXIX. 17. *α*) ubi accedit ab initio alia propoſitio eodem reſpectu.

§. 502.

4) Propoſitio prima ad ſectionem uno gradu majorem reſpicere intelligitur ex accentu claſſis ſuperioris, qui emphaſeos deſignandae cauſa illi adſcriptus eſt ſicut ſec. §. 390. ſqq. *b* longius quam *a* reſpicit. Conf.

Gen. XIII. 14. Devt. XI. 9. 2 Reg. XIV. 11.

α) Gen. XXXI. 12. Devt. IV. 34. X. 11. Joſ. VIII. 14. 2 Par. II. 3. 13.

β) Lev. X. 4. Jud. XXI. 10. 2 Sam. XXIV. 18. Eſth. IV. 8.

§. 503.

Genus alterum propoſitionum coaleſcentium illud eſt, quando duae propoſitiones vicinae, quarum utraque ſuo Verbo finito et plerumque conceptibus ipſi propriis conſtat, ita diſtinguuntur, ut ſectio maxima intra propoſitionem priorem, vel ante Verbum finitum, vel poſt illud incidat, unde duae formae exiſtunt. In forma priori conceptus primus, qui eſt cum ſingulari emphaſi conjunctus, a duabus propoſitionibus ſec. Theor. VII. §. 77. maxima ſectione ſeparatur, ubi etiam tonus non intra propoſitionum terminos, ſed ad conceptum illum primum intenditur. In analyſi autem accurate diſpiciendum eſt, ad quodnam Verborum determinandum conceptus ille ſpectet. Nam ſi ad Verbum utrumque ex aequo ſpectare intelligitur, propoſitio eſt compoſita, de qua in §. 485. niſi ſectio ſecunda intra propoſitionem alteram inciderit. Si vero conceptus ille ad

ad alterum Verbum determinandum pertinet, propoſitio prior eſt parentheſis. Denique ſi conceptus ille primus ad ſolum Verbum prius determinandum ſpectat, propoſitiones coaleſcunt.

§. 504.

Nunc ubi exempla talium propoſitionum producenda ſunt, utiliter ad nexum earum Grammaticum diverſum reſpicitur. Nam propoſitio altera eſt

1) cum ו copula, quae nonnunquam *ut* valet: Gen. XXIV. 7. Jer. XLIV. 21. Ez. XLVIII. 8. Eſra I. 1. Prov. XXIX. 1.
   α) poſt Segoltam, Jer. XXXVI. 14. Ez. XI. 7. in dit. Sakephi, Num. XXXI. 23. Jer. L. 20. Dan. II. 31.
2) cum ל aut alia Particula ad Infinitivum: Joſ. IX. 13. Eſra II. 68. V. 13. 2 Par. XI. 16. XXI. 18. Pſ. XX. 10.
